Opusculum epistolarum familiarum & artis earundem scribēdi: maxime in generibus uiginti. Ad quę tamen singulę quibus nunc utimur species deducunt.

Suntq; genera ista uidelicet.
Epistola cōmendatitia.
Epistola petitoria.
Epistola munifica.
Epistola demonstratiua siue laudatiua & uituperatiua.
Epistola eucharistica siue regratiatoria.
Epistola amatoria.
Epistola lamentatoria.
Epistola consolatoria.
Epistola expositiua.
Epistola gratulatoria.
Epistola exdortatoria.
Epistola dissuasoria.
Epistola inuectiua.
Epistola expurgatiua.
Epistola domestica.
Epistola cōmunis.
Epistola iocosa.
Epistola cōmissiua.
Epistola regia.
Epistola mixta.

¶ Horum autē generum quodlibet suas habet species ut locis suis in sequentibus studiosis horum patebit lucidissime.

Opuſculum ſcribendi Epiſto-
las Franciſci Nigri Incipit foeliciter.

Franciſcus Niger: Venetus: Doctor: Clariſſimo uiro Iacobo
geroldo: Styro Cuiteleldenſi: Patauini Gymnaſii Moderatori
excellentiſſimo: Acutriuſq; uirtutis cultori Foelicitatem.

n

Vma Pōpilius: qui poſt Romulū ſecun
dus: Romani regni Monarchiā Regi/
oſq; faſces foelici ſydere cōſecutus eſt: li
cet cum in ſabinis eſſet ſolitudinē tantū:
uniuſq; egenę ſuę: cęteris ſpretis: cōfabu/
lationē delegiſſet: nec unq̄ populari ſe in
ſtituto miſcere uoluiſſet: ad ſumū tñ re/
gni apicem deuectus: q̄d unicuiq; gētis ſuę ordini neceſſarium
foret: ſūma ſemp uigilātia exequi curauit. Vnde & romani mo
ris & uetuſtatis īſtaurator ē appellat⁹ & poſt mortē diuino (ut
creditur) ſtēmate donatus. Hoc tu cōſiderans: Iacobe gerolde
uir clariſſime: licet ſuperioribus annis: dum priuatā uitā ageres.
tuę tantū utilitati primū inſudās ut ſtoicum uirū decebat: bona/
rum oīum artiū ſtudio indulgeres: nec alienis in negociis impe
ditū eſſe delectaret: ne odioſus uidereris aliorū cenſor fieri uelle.
Cum tamē ad honoratā iſtam moderationē tuā primū aſcēdi/
ſti in qua nō tantū uidebas: tibi iuris utriuſq; moderamina ſuſci/
pienda eſſe: quo te duce facilius ad eius apicem poſſent uiri ſtu/
dioſi pertingere. Sed cū etiā multi occurrerēt: qui hoc in humili
dicēdi genere: quod familiare dicimus: tanq̄ arduū quoddā mu
nus aggreſſuri: difficiles uidebātur poſſe proficere. Tu ſane illo
rum laborē miſeratus: quibus maxime neceſſariū fore uidebas:
ſi ad iuris tam diuini q̄ humani anfractus contēderēt: nō ſolum
oratoriā illā ſublimēq; facundiā haurire: ſed hanc quoq; inferio
rem: ex cuius ueſtigio ad illā facilior ſit cōſcenſus. Me rogaſti: ut
qui hoc in gymnaſio tuo publicas humanitatis lectiōes profite

rer:humanũ etiã hoc negociũ tuo amore susciperẽ: quo & tibi gratificarer: & ad hoc familiare scribẽdi genus aspirãtibus meo labore prodessem. Ego aũt: qui tuis in me plurimis maximisq̃ beneficiis: tibi adeo deuinctus sum: ut si uitam etiam pro tua dignitate effundam: uel minimam adhuc non uideat meritorum tuorum partem assecutus: ut tuę morem gererem uoluntati studiosisq̃ iuuenibus: meo labore aliquid emolumẽti afferrem familiarem quandam scribendi artem repperire conatus sum: longe quidem ab illa forensi & graui semotam. Quam cum in unũ corpus redegissem: ad te uir integerrime bonis auibus mittere decreui: qui cum semper bonarum artium studiosus extiteris: quibus nõ minus ipse splendoris reddere studuisti: q̃ ille tibi: cum q̃ semper doctos uiros adeo excolueris: ac pientissime cõplexus sis: ut te utriusq̃ uirtutis parentem omnis merito academia iam appellare nõ dubitet: mihi dignus uisus es: cui opusculum hoc nostrũ cõmẽdaretur: ut illud a maiuorũ morsibus tueneris. Ad te igitur uenientem suscipe libellum: & inter reliquos codices tuos: quos & plurimos & doctissimos in celiberrimã bibliothecã tuam undiq̃ collegisti: hunc quoq̃ nostrum: tanq̃ illorum seruulũ collocato. Nõ enim indignum erit: inter tot sapientissimos uiros: quorum monumẽta splendidissimo pluteo tuo seruantur: famulantẽ quoq̃ nostrum accedere codicillum: cui scio utramq̃ foelicem seruitutem futuram. Opus aũt ipsum facile consequemur: si primo epistolarũ genera declarabimus: ad quę singulę quibus nunc potissimum utimur: species deducũtur. Secundo si clausularum ad tales epistolas facientium: elegãtiam breuiter exponemus. Postremo si unicuiq̃ uirorum ordini accõmodatos titulos: unico tanq̃ axiomate absoluemus. Sed iam bonis auibus susceptę prouincię: nostriq̃ instituti sumatur exordium.

¶ Francisci nigri ueneti doctoris: pro nouitiorum adolescentiũ ad pedestrẽ orõnem aspirantiũ utilitate: Clarissimo uiro Iacobo geroldo: Styro: Cnitelfeldensi patauini gymnasii moderatori excellẽtissimo: ac utriusq̃ uirtutis cultori: schnos dicendi modos: pientissime sacratus: inchoat.

Prefatio.

s

Cribendarũ epistolarũ initiũ licet multi uariis causis ascribãt: illud ego tamẽ uerius existimauerim quod in turpilianis fabulis uetustissimis memorię traditũ accipimus non alia. s. de causa epistolã fuisse repertã: nisi ut absentes amicos hoc tantũ remedio pręsentes redderemus: eorũq̃ litteras intuentes: interuallo locorũ ac tẽporũ interpolatã aliquantisper amicitiã instauraremus: quę cum potissimũ in diuturna consuetudine fundamenta facere soleat: ea pretermissa: non parum quidem labefactari uidetur. Diuinam igitur nõ immerito epistolam appellauerim: quę diuino fungens officio: diuinum quoq̃ in nobis opus efficiat.

Epistolę diffinitio: genera: ac species: cũ suis regulis & exẽplis.

Libellus primus.

e

Pistola ẽ oratio pedestris: quę absentes amicos pręsentes facit: tam ad uoluptatẽ q̃ ad utilitatem tum publicam tum priuatã: diuinit⁹ excogitata. Epistolarũ aũt genera sunt uiginti: primũ. s. cõmẽdatitiũ. secundũ petitoriũ tertium munificũ: quartũ demonstratiuũ. quintum eucharisticũ sextũ amatoriũ. septimũ lamẽtatoriũ. octauum consolatoriũ. nonum expositiuũ. decimum gratulatorium. undecimũ exhortatoriũ. duodecimũ dissuasoriũ. tertiumdecimũ inuectiuũ. quartumdecimũ expurgatiuũ. quintumdecimũ domesticũ. sextumdecimũ cõmune. decimũseptimũ iocosum. decimũoctauũ cõmissiuũ. decimũnonũ regium. uigesimũ & ultimũ mixtum.

Cõmendatitiũ genus. Caput primum.

Commendatitiũ genus ẽ illud: quod fit in alicuius cer
c te persone cõmendatione ad demonstratiuã uel iudi
cialem causam accõmodatũ: huius aũt generis spe
cies sunt due. Vna. s. epentica. Altera uero diceanica.

Commendatitia.

Epentica. Diceanica.

Ciuilis Criminalis.

❡ Epentica epistola cõmẽdatitia est illa: que scribitur in alicuius certe persone cõmendationẽ: pro aliqua dignitate consequẽda Cuius epistole talis est regula. Regula.

❡ Si cõmẽdatitiã epistolã: que epentica dicitur scribere uolueri mus: illã in partes quattuor diuidemus. In quarum prima ab ea persona beniuolẽtiã captabimus: ad quã scribimus laudãtes illã uel a liberalitate siue munificentia: qua in oẽs utitur: unde nobis maxima exoriatur fiducia ad ipsam ueniendi: cũ spe id facile obti nendi quod cupimus: uel etiã ab alia uirtute: & maxime ab illa: cuius est is plenus: quem cõmẽdare uolumus: dicentes eam per sonã semper fuisse assuetam talibus uiris fauere: cum ipsa ex eo rum numero sit. In secunda uero beniuolẽtiam captabimus ab eius psona quã cõmẽdare intẽdimus: ipam maxime laudãtes: di centes quoqȝ ipam ꝑpter uirtutes suas oĩbus esse gratissimã: & nobis precipue: qui eius cõsuetudine diutius usi fuerimus. In ter tia aũt rem ipam exponemus: quã ipetrare cupimus: illã esse iu stam honestã & facilẽ arguentes: & ex qua maximũ sit honorẽ cõsecuturus ille: ad quẽ scribimus: si uoluerit illi amico nr̃o: faue re: quẽ cõmẽdamus. In ultima uero pte uel aliqd premiũ pollicẽ bimur: uel potius perpetuã seruitutẽ nr̃am offeremus: si qd peti mus cõsequi poterimus: dicẽtes ꝙ qcqd in ipm amicũ factũ fue rit tanq̃ in nosipos factũ existimabimus. Propositio.

❡ Cõmẽdetur Cesar sempronius: pro equestri dignitate cõse quenda. Exemplum. Pars. i.

❡ Nõ auderẽ inuictissime cesar tã familiariter ad maiestatẽ tuã scribere: ne temeritatis uitio notad⁹ essem: nisi te oium hũanissi

mũ oĩumq̃ adeo benigniſſimũ eſſe pſpicerẽ:ut eos etiam:quos nũq̃ uideris nõ ceſſes in dies tua tibi bñficẽtia deuincire:unde fit: ut ego quoq̃ ad te uenire nõ dubitẽ:cũ ſũma ſpe id obtinẽdi:qd a te potiſſimũ ipetrare cupio.ii.¶ Sempronio nãq̃ uiro ſtrenuiſſimo multos ãnos utor ual de familiariter:q & ſuo ſplẽdore: & utriuſq̃ uirtutis iſignibus:oĩ pplo mõ adeo gratus ẽ ut quẽ illi pferãt:hẽant pfecto nemiñe.iii.¶ Is eni cũ annis exactis:hac in expeditiõe tua pãnoniẽ multa qdẽ atq̃ pclara de ſe ſtrategemata pſtiterit qbus apud oẽs milites tuos maximã ſibi gloriã cõparauit:emeritus nũc miles in patriã quietẽ reuerti cupiẽs:uellet meritã militiẽ ſuẽ laureã cõſequi:proinde me exorauit:ut eũ tuẽ maieſtati cõmẽdarẽ.iiii.¶ Ego igit̃:q eius petitionẽ iuſtã eſſe & honeſtã uideo:ut is.ſ.digno laborũ ſuorũ pmio cõdonet̃:quo reliqui magis ad uirtutẽ accendãt̃:tuẽ illum inuictiſſime maieſtati ſummopere cõmendo:ut cũ eum militari ſtẽmate decoraueris & meã intelligat cõmendationẽ nõ fuiſſe uulgarẽ:& tibi imortalem grãm ſit habiturus. Vale. ¶ Diceanica ciuilis.

¶ Diceanica eplã cõmẽdatitia ẽ illa:quẽ ſcribit̃ in alicuius certẽ pſonẽ cõmendationẽ:pro aliquo negotio expediendo. Huius autẽ eplẽ ſpecies ſunt duẽ:una.ſ.ciuilis:& altera criminalis.

¶ Diceanica eplã cõmẽdatitia:quẽ ciuilis dr̃:ẽ illa.quẽ ſcribit̃ in alicuius certẽ pſonẽ cõmẽdationẽ,p aliqua forẽſi cauſa expediẽda:cuius eplẽ talis eſt regula. Regula.

¶ Si cõmẽdatitiã eplãm diceanicã q̃ ciuil' dr̃:ſcribere uoluerimꝰ illã ſlr in ptes q̃ttuor diuidemꝰ. In quarũ prima beniuolẽtiã captabimus ab ea pſona:ad quã ſcribimus.laudãtes ĩpam a ſũma iuſticia & ẽqtate dicẽtes q̃ inde nobis maximã ſpem fuiſſe exortam:q̃ amici nr̃i cãm cõmendatã ſuſcipiet. In ſecũda uero beniuolẽtiã captabimꝰ ab ea pſona:quã cõmẽdare uolumꝰ:laudãtes ĩpam ab oĩ uirtute:quã ei poterimꝰ tribuere:& dicẽtes:q̃ ppter tales uirtutes ſuas nõ ſolũ nobis:ſed etiã oĩ pplõ ſit gratiſſimus. In tertia aũt beniuolẽtiã captabimꝰ ab ĩpa re:de qua ſcripturi ſumus:laudãtes ĩpam a iuſticia & ẽqtate:a facilitate & amplitudie & ab utilitate:dicentes maximũ iudici futurũ honorẽ:ſi eã ſuſce

perit expediẽdá. In ultima uero pte petemus qd̃ ipetrare intẽdi mus: dicẽtes pmo amicũ nr̃m maximá spem hẽre. ꝙ ppt̃ amo rẽ nr̃m sit ei cõmẽdat⁹. deinde rogabim⁹: ut hec spes eũ nõ fal/ lat: pmittẽtes aliqd̃ pmiũ: ut ipcedẽti epl̃a tactũ ẽ. Propositio.
¶ Cõmendet̃ iudici pomponius: pro forẽsi negotio suo expe/ diendo. Exemplum. pars .i.
¶ Tãta ẽ iusticia & eqtas tua excellẽtissime iudex que nõ mihi solũ: sed oibus etiá ciuibus istis notissima ẽ: ut sine alterius patro cinio uiri: possit qsq intrepidus ad te cõfugere: cũ sũma ac certissi ma spe: etiá cõtra acerrimos aduersarios suos uictoriá obtinẽdi Vnde pter amorẽ ac beniuolẽtiá illá: qua iter nos uterq nr̃m de uinctus ẽ: nõ mediocris etiá mihi fiducia suggerit̃ ꝙ si aliquẽ tibi l̃ris meis cõmẽdauero q iniuste ab aduersario opprimat̃: equissi mũ illi fauorẽ tuũ pstabis .ii. ¶ Cũ igit̃ põponio uiro optimo p multos ãnos utar familiarissime q singulari uirtute sua: oibus q̃ gratissimus ẽ: cuius uirtus nõ obscuro nec uario sermone: sed & clarissima: & una oĩum uoce pdicat̃. Cũq is magna quedá ne/ gotia & ampla & expedita hẽat corá excellẽtia tua pagẽda: & ex qbus magnũ posset & honorẽ & decus cõsequi: me rogauit ut eius tibi hec negocia uellẽ p l̃ras cõmendare. Confidẽs se l̃ris istis apud te gratiosum fore .iii. ¶ Ego igit̃: q talẽ uirũ maxime diligo: tũ ꝓpter eius uirtutẽ: tũ maximá ꝓbitatẽ eius causas tibi sũmopere cõmendo: rogoq ut oibus in rebus eũ ita tractes. ut intelligat amicitiá nr̃am inter nos aliquid ualuisse: cui ipe perpe/ tua erit seruitute deuinctus. Vale. ¶ Diceanica criminalis.
¶ Diceanica epl̃a cõmendatitia: q criminalis dr̃: ẽ illa que scribit̃ in alicuius certe psone cõmẽdationẽ pro aliqua criminali causa expediẽda: cuius epistole talis est regula. Regula.
¶ Si cõmẽdatitiá epl̃am diceanicá que criminalis dr̃: scribere uo luerimus: illá sir̃ in ptes quattuor diuidem⁹. In quarũ prima non ãp̃li⁹ apte: sed occulte beniuolẽtiá captabim⁹ p insinuationẽ: lau dãtes primo psoná illá ad quá scribim⁹: dicẽtesq illam penitus abhorrere ab illo uitio: cuius fuerit notat⁹ ille: quẽ commẽdare uolumus. deinde dicentes: nobis etiá sũmopere displicere qd̃

tali uiro obiicitur: aggrauãtes illũ quantũ poterimus. In secũda ue-
ro dicemus q̃ licet sup hac re deliberauissemus: nihil penitus scri-
bere: tamẽ cõsiderãtes bonũ aliquod uel utilitatẽ publicã seu pri-
uatã: quę posset ex tali uiro procedere: cũ excepto hoc uitio: cu-
ius insimulatus ẽ: alias sit bonus & honestus: conabimur ipsũ
paulatim laudare: cõcludentes: q̃ hõ nõ res sit inspiciẽda. In ter-
tia aũt ei omnibus uiribus nr̃is talẽ uirũ cõmẽdabimus: exponẽ-
tes quãta sit inde utilitas secutura. In ultima uero offeremus ipm̃
nõ amplius esse talia facturũ: sed potius semper uirtutibus & bo-
nis operibus uacaturũ: offerẽtes similiter & operã nr̃am & talis
uiri nunq̃ illi: ad quẽ scribimus esse defuturã   Propositio.

¶ Cõmendetur Cęsari Milo: q̃ q̃uis Clodium interemit a capitis
tamen mulcta liberetur.   Exemplum.   Pars. i.

¶ Noui Cęsar inuictissime: quantum semp ab ineunte ętate ab
omni penitus scelesto facinore fueris alienus: ita ut nullũ nũq̃uo
lueris flagitiosum uirũ in hac tua ciuitate coalescere: & illũ pręci-
pue: q ab omni pietate semotus: in proprios cõciues suos parri-
cidiũ cõmittere ausus fuerit. ii. ¶ Unde & ego quoq̃ nõ solũ ho-
micidas a me penitus alienos feci: sed eos tãto magis abhorrui:
q̃to crudeliores sunt in pturbanda hominũ societate: que semp
ab omnibus mirifice tutãda est. Hinc effectum erat ut nullo pa-
cto uellẽ: etiã rogatus: in Milonis fauorẽ ad tuã maiestatẽ scribe-
re: nisi me cetere eius uirtutes coegissent: quę tot & tante sunt: ut
eas uix numerare audeã. iii. ¶ Is enim excepto hoc facinore: qd
etiã inuitus patrauit: tãta semper fide in rẽpu. nr̃am usus est: ut sę-
pissime p eius salute seruãda nõ opes solũ: sed & ppriũ sanguinẽ
exponere non dubitarit. iiii. ¶ Quod cũ mecũ ipe cõsidero: nõ
mihi uidetur hoc casuale facinus tantarũ uirtutũ pręmia abolere
debere. Tuam proinde maiestatẽ exoro: ut nõ rem sed hominẽ
ipsum inspiciẽs: tanto uiro dignetur ueniã prębere: qui & nunq̃
deinceps in tale facinus est lapsurus: & p te: ut semp antea fecit:
animã ipam: si opus fuerit: est libẽtissime expositurus.   Vale.

Petitoriũ genus.   Caput. ii.

P Etitoriū genus ē illud qd fit ꝑ alicuius certę rei impetratiōe: quę uel ī aliq̄ grā cōsequēda: uel in aliquo munere obtinēdo cōstituta ē. huius igr̄ generis spēs sūt duę. Vna.s.grē. altera uero rei. Petitoria.

Gratię. Rei.

¶ Petitoria epl'a grę ē illa quę ad aliquē amicū scribit̄ ꝑ alicuius rei icorporeę ipetratiōe: cuius eplę talis est regula. Regula.

¶ Si petitoriā epl'am grę ad amicū scribere uoluerimus: uel ī doctrina: uel ī cōsilio seu in aliquo pͥocinio ipetrādo: in qnq̄ ptes talē epl'am diuidere debemus: in q̄rū pͥma oportebit nos dantis facultatē declarare: ne forte se excusare possit ꝙ si qret: id faceret. in scd'a uero petitiōis nr̄ę honestatē et iustitiā ostendemus: ne forte si excusans amicus ille ad quē scribimus: diceret se factur̄ū si eę.i.ū eēt. In tertia aūt rei petitę modū: & facilitatē aperiemus: ut eo libētius eā cōseq̄mur: quo facilius fieri poterit. In q̄rta uero pͥmiū pollicebimur: ul' in aliquo pͥcio cōstitutū si mercenaria fuerit persona: uel potius in seruitute perpetua offerēda: ut bonum uirum decet. Propositio aūt quę qnta pars ē: his superioribus partibus interiicief ubi aptior esse uidebit̄. Propositio.

¶ Petat̄ a Cicerone pͥocinīū: in causa ualerii: quam corā iudicibus acturus est. Exemplum. Pars.i.

¶ Incredibilis illa facūdia tua. Marce tulli: quę in omniū oculis mirifice elucescit: ita ut nullū pͥter te: cēseat ciuitas nr̄a oratorē habere: q & in forēsibus causis sapiētia: iustitia: & equitate utat̄: & in cęteris rebus pagendis: nō minus sibi apud oēs splendoris & glię adiiciat: me nūc potissimū ad te uenire cōpellit: cū summa fiducia id cōseq̄ndi: quod animus meus exoptat.ii. ¶ Est namq̄ mihi cū aduersario meo iustissima quedā controuersia: ꝙ cū ab eo hereditate spoliatus sim: peto ut in cā uolētē sic iusticia reducat: ille aūt neq̄ssimo ī me aīo pturbatus suis studet cauillatiōib⁹ me ab illa remouere.iii. ¶ Tuam igr̄ in hoc casu sapiam regro: q̄ ī senatu corā iudicib⁹ orōnē habitura: nō solū me ab his aduersarii calliditatib⁹ absoluat: sed etiā ī optatā hereditatē īducat.iiii.

¶ Qđ pfecto tibi facile futurū ē:si ad pr̄is mei testamētū aduerte ris q̄pter oēs me unicū sibi herede legauit q̄uis patrui mei calidi tate urgēte uidear ab hac penit⁹ hęreditate alienus.v. ¶ Qđ si fe ceris:ut spero: & opto: post legitimā merce dē tuā quę tibi a me li beraliter exponet̄:me semp habebis: cui tanq̄ minimo seruo pos ses in oib⁹ tuis uotis ac desideriis iubere. Vale. Petitoria rei.
¶ Petitoria epl'a rei ē illa, quę ad aliquē amicū scribit̄ p alicui⁹ rei corporeę ipetratiōe:cui⁹ epl'ę talis est regula. Regula.
¶ Si petitoriā epl'am rei ad amicū aliquē scribere uoluerim⁹: p aliquo munere ipetrādo:istā similiter epl'am in partes quinq̄ di uidemus. In quarū prima beniuolētiā captabimus ab ea p̄sona ad quā scribimus:laud antes ip̄am prius a liberalitate: deinde po tissimū ab auctoritate illius rei cōcedēdę: quā petim⁹. In secūda uero demonstrabimus petitionis nr̄ę honestatē una cū summa ip̄sius rei petitę necessitate sine q̄ uix facere possimus. In tertia au tē ostēdemus tali uiro facile esse nobis illud tribuere: qđ petim⁹: & i hoc loco aperiemus ip̄sius uiri facultatē:nō solū in tali re: sed etiā in maiore m alto erogāda. In quarta p̄terea premiū aliquod pollicebimur:uel in p̄cio constitutū:uel potius in aliq̄ seruitute:q̄ animū nostrū gratū ostēdat. Ip̄sam demū ꝓpositionē inter par tes istas:prout nobis melius uidebit̄:interponemus:sicut in sup eriore preceptum est. Propositio.
¶ Petamus a titio digestorum opus quod nobis maxime affe ctamus. Exemplum. Pars.i.
¶ Noui ſp Titi eam esse ingenii tui cōditionē:ut ad uirtutē aspi rantib⁹ uiris nō opibus solū: sed etiā sanguine ip̄so: si opus foret benignissime subuenires. Hac q̄ de causa nō mediocre tibi apđ oēs nomē cōparasse:nec minorē quoq̄ a diis gratiā constitutā: q̄ te tot tantisq̄ opibus stipauerūt:ut facile etiā: p̄ter hanc bñficen tiā tuā: possis oib⁹ suppetias ferre.ii. ¶ Hinc est q̄ cū iam p mul tos annos iuri cesareo operā prestē ac nō possim ꝓpter librorū inopiā ad eius apicē peruenire:statuerim ad tuā opē cōfugere:sine qua aut nihil penitus hoc in gymnasio cōsequi potero: aut tādē

inceptā prouinciā deserere cogar.iii. ¶ Cū igit̄ tibi bonis uiris & ad uirtutē anhelātib⁹ tā facile sit opē subministrare: q̄ uelle & posse: cū p̄sertim etiā multos tue fidei cōmendatos e limo (ut ita dixerim) ad celū usq; sustuleris.iiii. ¶ Tuā pinde bn̄ficentiā exoratā uelim: ut mihi digestū unū digneẽ elargiri quo inceptū studiū p̄ficere possim: & tibi non mediocrē gloriā adiungere.v. ¶ Qd si feceris ut spero & opto: tāti in me bn̄ficii tui memoriā nulla unq̄ā delebit obliuio: sed tibi potius si debitas grās agre uel referre non potero: sum tamen immortales habiturus. Vale.

¶ Munificum genus. Caput.iii.

m Vnificū gen⁹ est illud: quod fit p alicuius certę rei erogatiōe: quę uel in aliq grā elargiēda: uel in aliquo munere cōdonādo: cōstituta est. Huius igit̄ generis species similiter sunt duę. una.s. gratię. altera uero rei.

Munifica.

Gratię. Rei.

¶ Munifica ep̄la grę est illa: quę ad aliquē amicū scribit̄ p alicui⁹ rei incorporeę errogatiōe: cui⁹ ep̄lę talis ē regula. Regula.

¶ Si munificā ep̄lam grę ad amicū aliquē scribere uoluerim⁹: uł in doctrina uel cōsilio: seu ī aliquo patrocinio errogādo: illā ī tres ptes diuidem⁹. In quarū p̄ma captabim⁹ beniuolentiā ab ea psona ad quā scribim⁹: demōstrantes: q̄ ppter amorē & beniuolētiā: qua in eā sumus affecti: deliberauim⁹ talē grām ei cōferre: q̄lē ipse p litteras suas petiuerit: uel qualē nos scimus ipsi esse necessariā. In secūda uero exponemus munus nr̄m: qd ipsi amico uolumus errogare: ip̄m q̄to honestius poterim⁹ laudātes: ad hoc ut ipsi gratū sit ut ab ipsa re uideamur beniuolētiā nobis cōstituere. In tertia aūt et ultima offeramus ei dē amico operā nr̄am: in cęteris rebus q̄ libētissime accōmodatā: dūmodo possim⁹ ei rē gratā facere: declarātes hoc eē amici officiū: ut in rebus oīb⁹ debeat alteri amico operā suam p̄bere. Propositio.

¶ Polliceatur Cicero pattocinium suum ualerio: in causa forensi: quam coram iudicibus acturus est.

¶ Accepi tuas litteras Valeri chariſſime: ex quibus intellexi quã to deſiderio afficeris: ut tibi in controuerſia tua patrociniũ meũ pręſtare uelim: qđ ꝑfecto me facere: cogit nõ ſolũ cauſę tuę iu/ ſticia & ęquitas quę oĩum uirorũ bonorũ fauorẽ merito conſe/ qui debet: ſed etiã amor ille & beniuolẽtia ſingularis: qua ſemp ab ineunte ętate in omnes tuos: in teq́ꝫ pręcipue affectus ſum.ii. ¶ Tibi proinde nõ ſolũ patrociniũ meũ in hac tua cauſa pollice or: uerũetiã oẽm offero fauorẽ: quẽ amiciſſimus quiſq́ꝫ alteri de bet amico cõicare: ita ut nullũ penitus laborẽ recuſaturus ſum: dum tibi gratificari poſſim: quod adeo libẽter exequi conabor ut ſi res mea propria a geretur: ſed hoc melius fieri: q̃ ſcribi aut di ci uolo.iii. ¶ In cęteris aũt rebus: quę per me tua gratia effici po terunt: offero me tibi in oĩbus adeo deuotum: ut ſcias me nihil gratius exequi poſſe q̃ quod tuę ſenſero gratum eſſe uoluntati cui oẽm operam meã in oĩbus optatis tuis q̃libentiſſime pa rata offero. Vale.

Munifica rei.

¶ Munifica epl'a rei eſt illa quę ad aliquẽ amicũ ſcribit': pto alicu ius rei corporeę errogatiõe: cuius eplę talis ẽ regula. Regula.

¶ Si munificã epiſtolã rei ad amicum aliquem ſcribere uolueri/ mus: pro aliquo munere erogando: iſtã ſiliter epiſtolã in partes tres diuidemus. In quarũ prima captabimus ſilr beniuolẽtiã ab ea pſona ad q̃ ſcribimus declarãtes: ꝙ ꝑpter amorẽ & beni/ uolentiã: qua in ipam ſimus affecti: deliberauerimus ei tale mu nus facere: quale ipe a nobis per lr̃as petiuerit: quia maxime ſci/ mus ipm tale donũ non ſolũ ei gratiſſimũ futurũ: ſed etiã maxi/ me accõmodatũ. In ſecũda uero conabimur oĩbus uiribus nr̃is ipm munus noſtrũ cõmẽdare: cũ omni tñ modeſtia & ſapia: ne uideamur ipm laudãtes: de nobis iactãter loqui: & ſilr in hoc lo/ co conabimur oſtendere ꝙ hoc tantum fecerimus ea de cauſa: quia ſumus ualde inclinati ad omnia facienda: quę ſcimus tali amico noſtro eſſe utilia & grata. In tertia uero & ultima offere mus ſimiliter in cęteris rebus omnem operam noſtram amico

accomodatam: dũmodo sciamus illi gratificari: & aliquid emolumenti afferre. Propositio.

¶ Mittat titius digestorũ opus arcadio: quod ipse ab eo per litteras exposuerat. Exemplum. Pars. i.

¶ Litterę tuę: q̃s proximis diebus accepi: me adeo oblectarunt arcadi charissime: ut inter cęteras molestias meas: hec mihi maxima ꝑfecto cõsolatio fuerit. Cũ ꝑcipue nihil aliud affecte: q̃ ut tibi me gratificari sentiã: & maxime cum uideo iamdiu te litteris & bonarũ artiũ studio adeo deditũ esse: ut quę tibi ꝑferã: habeã ꝑfecto neminẽ: quod mihi tãto gratius est: q̃to maior est amor & beniuolẽtia: qua in te afficior: quę te etiã indies exoptat in maiorẽ uirũ euadere. ii. ¶ Quapropter cũ a me per litteras easdem petieris digestorũ opus: ut eo facilius possis inceptũ studiũ ꝑficere: quo maior tibi dabit cõmoditas studendi: deliberaui equidẽ desiderio tuo satisfacere. Vnde expedito subito hoc nuncio: cui ad te litteras istas dedi: misi libẽtissime tibi opus: quod tantopere cupiebas: ut eo in tuis studiis adeo familiariter uti possis: q̃ & tibi utilitatẽ maximã: & mihi nõ minorẽ leticiã adiungat: nã profecto q̃nto magis te diligo: tãto maiore afficior cupiditate: te aliquãdo i huiuscemodi artiũ nr̃arũ palestra uictorẽ uidẽdi. iii. ¶ Si qd est ꝑterea: qd tibi gratũ efficere possim & piucundũ: tuũ est ꝑcipere: meũ aũt ex hilari frõte mãdata tua exeq: cui etiã oẽm operã mea offero: in oĩbus optatis tuis q̃libẽtissime accõmodatam. Vale. Demonstratiuũ genus. Caput. iiii.

d Emõstratiuũ genus ẽ illud: q̃d fit in alicui⁹ certę ꝑsonę laudẽ uel uituperiũ. hui⁹ igit generis species sunt duę: una scilicet laudis. altera uero uituperii.

Demonstratiua.

Laudis. Vituperii.

¶ Demõstratiua eplã laudis ẽ illa: q̃ ad aliquẽ amicũ scribit: ꝑ alicui⁹ ꝑsonę cõmẽdatiõe: cuius eplę talis ẽ regula. Regula.

¶ Si demonstratiuam epistolã laudis ad aliq̃ẽ amicũ scribere uoluerimus: uel i eius laudẽ: ad quẽ scribim⁹ uel alterius ꝑsone de

qua mentionē facere uolumus: illā in partes tres diuidemus. In quarum prima declarabimus: ꝙ licet uires nostrę nō sint sufficientes ad laudandū tantū uirum: quia eius conditiones superant omnem modū scribendi: tamen ut faciamus officiū nostrū non possumus non aliquid scribere: & in hoc loco accipiemus illam excusationē: circa talem audaciā scribendi: quę nobis uidebitur esse conuenientior. In secūda uero incipiemus ipsam personam laudare ab aliqua uirtute uel disciplina: quę laudabilior sit in tali uiro: quē laudamus & etiā uniuersalibus clausulis utemur: dicendo eius cōditiones tales & tātas esse: ꝙ non facile possimus tali stilo scribēdi illas cōplecti. In tertia aūt & ultima dicem⁹: nos uoluisse hęc pauca dicere: quę quasi nulla sūt: respectu illorū: quę dici pñt: simulq; declarabimus: omnia hęc dixisse: nō assentationis: sed ueritatis causa incitatos: & ut aliquantulū gratū animū ostenderemus erga talē uirum: quem cōmendauimus: offerendo similiter omnem operam nostram: ipsi amico penitus in omnibus suis optatis paratam. Propositio.

¶ Laudetur Callimachus uates: apud illustrissimum dominū ac senatum uenetum. Exemplum. pars.i

¶ Licet honus longe meis uiribus impar hodie susceperim Serenissime princeps: uosq; nobilissimi patricii: ut p litteras meas uobis callimachi uři laudes exponerem: quę tot & tantę sunt: ut profecto nesciā a quibus potissimū initium suscepturus sim: quę ue facile omnē dicendi scribendiq; facultatē superant. Est tamē officiū meum: qui eiusdē militię disciplina teneor: hunc strennuissimū sapientissimūq; militem summis laudibus extollere: qui etiam imbecillę huic epistolę meę facile poterit cōueniens argumentū pręstare. ii. ¶ Est profecto tale tantūq; Callimachi mei ingenium: talis doctrina: ac rerū pene omniū experiētia: ut pares ad modū sibi paucos nřa uiderit ętas: qui tā in publicis: q̄ priuatis lectionibus suis tātę est huic gymnasio uestro utilitati: tāto splendori & ornamento: ut facile eo instituēte cętera italię gymnasia quę humanā disciplinā profiteantur: & superet & excellat.

Sed nollē: diu in tanti uiri laudibus exponēdis immorando: epi/stolę modū nesciens excedere: proinde in aliud tēpus reliqua nō scribenda: sed potius dicenda reseruabo: quo & fidei & ueritati inseruiam: & uobis tantū uirū melius intelligendū noscendūq; praestem: cui etiam ut ceteris laude dignis facere soletis: & gra/tiam & fauorē uestrum benignissime tribuatis. Vale.

Demonstratiua uituperii.

¶ Demōstratiua epistola uituperii est illa quę ad aliquem ami/cum scribitur: pro alicuius certę persone uituperatione. Cuius epistolę talis est regula. Regula.

¶ Si demonstratiuā epistolā uituperii ad aliquem amicū scribe re uoluerimus: in alicuius certę persone uituperationē illā sitr in tres partes diuidemus. In quarū prima beniuolentiam captabi mus a persona nostra: demonstrātes: ꝙ nō uelimus scribere cō/tra talem psonā: eo ꝙ naturaliter delectemur aliis detrahere: sed assignabimus aliquā rationabilē cām: ꝑpter quā scimus incitati ad talia scribēda. In secūda uero uituperabimus ipsam psonā: cō tra quā scribere intendimus: cū omni modestia & honestate: ita ut non uideamur hoc facere ꝑpter odiū uel malignitatē: sed po tius propter ueritatē tutandā: uel quia ipsa dū in superbiā eleuat: et neminē uult apud se pati: potius digna est tali uituperatiōe: ut deinceps desistat ab ista superbia. In tertia aūt & ultima excusati onem capiemus cū ea psona ad quam scribimus: si fortasse cū tali scriptura aures suas offenderimus: dicentes nos ideo hęc ad eā scripsisse: quia intelligimus eius integritatē: & ideo uolumus sup his omnibus eā iudicē constituere: offerēdo nosipsos & oīa nostra ipsi amico accommodate. Propositio.

¶ Vituperetur Catilina apud Ciceronem: quia ipe in patriam coniurauerit. Exemplum. Pars. i.

¶ Non est cōsuetudinis meę Cicero charissime: ut aliis detra/hendo: quod pleriq; facere cōsueuerūt: mihi famā gloriāq; com parare studeā: & his pcipue: quorū scelesta facinora mihi minus nocere possunt: immo & sepius ab amicis meis lacessitus: ad ul/

timũ usq; perpessus sum. Sed cũ uideam scelestissimũ Catilinã: q sibi oẽs ciues nostros perpetua quadã seruitute deuinctos existi mat: non solũ in priuatũ bonũ: sed etiam in publicũ scelestissime cõiurasse: non possum me penitus cõtinere: quin eius tibi scelera aperiã: ne fortasse diu occulta magis nocerent. ii. ¶ Scias proin de Cicero charissime p̃ter reliqua huiusce nebulonis uitia: que omnib⁹ profecto notissima sunt: hoc quoq; deterrimũ adiungi q̃ dieq; nocteq; sceleſtiſſimus iste carnifex omnes nefarios ui ros ambit: ut eos in bonorũ uirorũ perniciem iducat. hoc enim omnibus ciuibus nostris adeo manifestũ est: ut sole clarius ellu cescat: cum p̄sertim etiã publicis minis multos affecerit: qui eum tanq̃ uenenosum serpentẽ effugiũt proinde eradicandũ eẽt hoc malũ mi Cicero: ne grauius inualescẽs offenderet. iii. ¶ Nõ scri psi hec, p̄fecto: ut aliquo in eũ odio uel maliuolentię meę satisfa cerẽ: quã penitus semper abhorrui: sed ut te his rebus tanq̃ seue rum iudicẽ constituens: inducerẽ tandem ad pestẽ istam ex nr̃a ciuitate tollendã: tibi in omnibus etiam operam meam offerẽs q̃libentissime paratã. Vale. ¶ Eucharisticũ gen⁹. Cap. v.

Vcharisticũ genus est illud: quod scribitur ad aliquẽ amicũ: in gratiarũ actionibus referendis: pro aliquo beneficio suscepto: & huius generis species sunt duę. Vna. s. pro munere. altera uero pro beneficio.

Eucharistica.

pro munere. pro bñficio.

¶ Eucharistica epistola p̄ munere est illa: quę ad aliquẽ amicũ scribitur in gratiarũ actionibus: p̄ aliqua re corporea elargita. Cuius epistolę talis est regula. Regula.

¶ Si eucharisticã epistolã pro munere ad aliquẽ amicũ scribere uo uerimus: ut ei gratias meritas agamus: illã in partes tres pri cipaliter diuidemus. In quarũ prima beniuolentiã captabimus a re ipsa: quam ab amico susceperimus: dicentes ipsam esse tanti precii: q̄ non facile possimus ei debitas gratias agere. In secũ da uero beniuolentiam similiter constituemus a persona nostra

declarantes: q uires nře non sint sufficiẽtes ad correspondendũ humanitati eius uirtũ ad quẽ scribere intẽdim⁹ cũ ipa supet oẽm modũ dicẽdi siue scribẽdi. In tertia aũt & ultima tales grãs referemus: q̃les poterũt uires nře: offerẽtes sibi oẽm operam nram tali amico in oibus suis uotis paratã. Propositio.

¶ Gratias agat titio arcadius pro digestorum opere sibi ab eo elargito. Exemplum. Pars.i.

¶ Cũ tui in me muneris magnificentiã & liberalitatẽ cõsidero. Titi chariss ime uideo quante sint a me tibi grẽ non solũ agẽde: uerũ etiã referẽde. Sed non prit exigue ingenioli mei uires hoc opus pficere: qd non ipas exuperat: sed etiam facile oẽm dicẽdi scribendi ue materiam uincit. Vnde quid mihi potissimũ faciun dum sit: penitus ignoro. si enĩ a tali grãrum actione discedam: in gratitudini mihi maxime ascribẽdũ erit: si uero grãs agere tentauero: nec mentẽ uerba sequent: nõ minori uitio fortasse tribu endũ. q non possit animus meus sui gratitudinem preferre. ii.

¶ Cum igit id assequi nequeã: quod cupio: ne ab officio meo penitus discessisse uidear: illud saltem ad animi mei gratitudinẽ demonstrandũ: ingenue profitebor: me nõ habere: quo pacto pro tanto in me beneficio tuo: tibi meritas gratias agam. iii. Dabo tñ operam: ut si qua in re tibi prodesse possim: nunq̃ labo ribus uel uigiliis parcam: sed potius tanto libẽtius oẽm tibi serui tutem meam deuouebam: q̃nto in me fueris bñficẽtior. Vale.

¶ Eucharistica pro beneficio.

¶ Eucharistica epla pro beneficio est illa: que ad aliquẽ amicũ scribitur: in grãrum actionibus: pro aliqua re incorporea elargi ta. Cuius epistole talis est regula. Regula.

¶ Si eucharisticã eplam pro beneficio ad aliquẽ amicum scribe re uoluerimus ut ei meritas gratias agamus: uel pro cõsilio: aut doctrina: seu patrocinio dato: illam sibi in ptes tres diuidemus. In quarũ prima beniuolẽtiam captabimus a nobis ipis: demon strantes q nesciamus a quibus uerbis potissimũ debeamus in cipere: ut pro tanto suscepto beneficio gratias agamus: quia in

genii nostri uires nō sint sufficiētes ad id peragendū. In secunda uero beniuolentiā cōstituemus ab ipa re: laudātes eā quantū poterimus & dicentes ipam nobis maxime fuisse necessariam: & ideo accidisse gratissimā. In tertia autē gratias agemus: quales poterimus: demōstrantes animū nostrū ualde esse inclinatum ad omnē gratitudinē demōstrandā: & in hoc loco similiter offeremus omnē operam nostram huic tali amico q̄libentissime ac cōmodatam. Propositio.

¶ Gratias agat Ciceroni ualerius: pro patrocinio impenso in eius causa coram iudicibus. Exemplum. pars.i.

¶ In certū est mihi profecto Cicero: a quibus potissimū uerbis tibi grās agam: pro tanto in me beneficio tuo: qui nō solū causam meā benignissime tutandā suscepisti: sed etiam illā facillima quidē atq̄ citissima uictoria expediuisti: cū eni hoc tuum in me meritū cōsidero: deficiūt sane uires: que se uidēt a tāta beneficentia tua superari.ii. ¶ Sicut eni mihi necessariū erat hoc officium tuū: quod me a multis quidē curis liberauit: ita & gratissimū accidit: & periucundū: unde efficit: ut maxime cupiam: pares tibi grās referre. Sed cū hoc nostri nō sit opis: cuius perexiguū est ingenium: illud tamē ad animi gratitudinē aperiendā absoluā.iii. Quod cum īmortale sit futurū in me hoc beneficiū tuū: īmortales quoq̄ tibi gratias me coget habere. Nam profecto nō solū referre sed nec agere quidem audeo satis dignas: dedamq̄ tibi preterea omnē facultatē meam: omnē operam: meq̄ ipm totū: cuius seruitutem uolo tibi perpetuo esse dicatam. Vale.

¶ Amatorium genus. Caput.vi.

Matorium genus est illud: quod fit in amoris nostri
a demonstratione: ad aliquem amicum: quem amare cogamur: & hui⁹ generis species sunt due: una. s. honesta: altera uero turpis.

Amatoria.

Honesta. Turpis.

¶ Amatoria epl'a: que honesta dicit̄ e illa: que ad aliquē amicū

scribit̃:pro amoris nr̃i declaratiōe:quo honeste in ipm̄ fuerim⁹ affectu:cuius epistolę talis est regula. Regula.

¶ Si amatoriā eplā̄m:quę honesta nuncupat̃:ad aliquā persoɫnam scribere uoluerim⁹:illā principaliter in tres ptes diuidem⁹. In quarū ptima beniuolētiā captabimus ab ea persona:ad quā scribimus:laudantes uirtutē uł probitatē suā: ppter quā dicem⁹ oēs esse inclinatos:ad illū nō solum amandū: sed etiam obseruādum. In secunda uero declarabimus:ꝙ etiam nos propter talē istius uiri uirtutē:& optimas conditiones simus incitati ad ipm̄ diligendum. In tertia autem quanto apertius poterimus:exponemus amorem & beniuolentiā nostram erga talem uirum:& sil̃r in hoc loco ei offeremus omnē animū nr̄m:in oībus suis uotis q̄libentissime paratum. Rogabimusq; ut ipe etiam uelit esse talis animi erga nos: quia nos statuerimus penitus amicitiā istā perpetuam fore:quam etiam uolumus assidua cōsuetudine:& meritorum alternatione confirmari. Propositio.

¶ Exponat Curio amorē suum erga Ciceronē:quē summopere diligit. Exemplum. pars.i.

¶ Tot & tantę sunt uirtutes tuę Marce tulli:quę passim clarissiɫma oīum uoce p̄dicāt̃:ut oīum iudicio:tanq̄ fulgētissimū sidus: inter nr̄ę ībecillitatis tenebras mirabiliter elucescas. Nā ut cętera omittā:quę in oīum oculis pp̄lorū te mirabilē efficiūt:nullus est qui nesciat:quanta eloquentia quantaq; dicendi facūdia ualeas: ita ut pares admodū tibi paucos nostris tēporib⁹ cōsecutus sis. Taceo sententiarū grauitatē:illamq; incredibilē animi tui sapiētiam:quę tibi īmortalitatē iā debitā cōparauit. Taceo philosoɫphiā utrāq;:quę nomē tuū adeo celebre reddidit ut nullus sit:q Ciceronē:utriusq; uirtutis florib⁹ uallatū:non amet:nō ueneret nō obseruet.ii. ¶ Inde effectū est:ut ego quoq;:qui ab ineunte ętate uirtuti semp inuigilaui:sim maxie ad te amādū incitat⁹ & licet tāti uiri amicitiā hēre adhuc minime pmerit⁹ sum:cupio taɫmen hoc mihi a diis īmortalibus potissimū prestari:ut quē oēs amant:colunt:admirātur:illius ego talē beniuolētiā acquiram;

qualē si mihi euenire sensero:habebo profecto non mediocres ipsis superis gratias.iii. ¶ Tibi igitur primū cordis huius ardo/rem offero:quem tu in oībus optatis tuis senties profecto para tissimū:offero amicitiam: quę nostra faciente consuetudine sit perpetuis tpibus conseruanda:ac mutuorū beneficiorū alterna tione confirmāda:quā si tu(ut spero)benigno corde susceperis dabo sane operam:ut minime ingratam tibi sentias. Vale.

¶ Amatoria turpis.

¶ Amatoria epl'a:quę turpis appellat̄:est illa quę ad aliquā ami cam uel pulchrā puellā scribit̄ ab amatore suo:pro amoris sui declaratione:cuius eplę talis est regula. Regula.

¶ Si amatoriā epl'am quę turpis dicit̄ ad aliquam puellam scri bere uoluerim⁹:illam potissimū in ptes quattuor diuidem⁹. In quarū prima beniuolentiā captabimus ab ea psona:ad quā scri bimus:laudātes ipsam triplici laude.primo.s.a uirtute uel morali uel litterali:si lrīs fuerit ībuta:secūdo a genere si fuerit generosa: uel a fortuna & diuitiis:si ex humili genere nata fuerit.tertio a pulchritudine:quę maiorē habet cōmendationē & efficaciā in amore. In secūda uero beniuolētiā captabimus a persona nr̄a: demonstrātes primo sine aliqua arrogantia:conditionē nr̄am propter quā etiā ipsa puella incitetur ad amorē nostrū:deinde ei quantū honeste poterimus declarātes amorē & beniuolentiā: qua in ipsam afficiamur. In tertia aūt rogabimus ipsam ut penit⁹ uelit acquiescere precib⁹ nr̄is:& nos sib̄i amare queādmodū eā amamus:laudātes hūc amorē:& dicentes:ipm̄ esse rem potius diuinā q̄ humanā: simulq3 adducētes aliqđ exēplū aliarū puella rū:quę in amore positę foelicē uitā sunt cōsecutę. In q̄rta uero & ultima:adducemus ipsam puellā in timorē alicuius dāni:si nolue rit talē amorē seq̄: & simul cōfirmabimus p exēpla aliquarū foe minarū:quę nolētes amori adherere:crudeliter uitā finierūt:de ducētes ipsam amicā nr̄am in talē timorē: & cōclusiue inducētes ipsam ad amorē:ne aliqđ mali ei cōtingat:cui etiā offerem⁹ oēm operā nr̄am:cū omni honestate ei paratam. Propositio.

¶ Scribat ad tysbē pyramus: pro amoris sui declaratione: ut illā in amorem inducat. Exemplum. pars .i.

¶ Non sine causa effectū est suauissima Tysbe: ut oēs in te ppli nři cōiunctos oculos habeāt: te ament: te mirenť: te obseruent. Cū eni ex una parte cōsiderāt duplicē illā uirtutē tuā: quę te semper adeo illustrauit: ut nullus sit: quę pstantiorē doctrinā pfiteať nec suauiores morū istitutiōes pręse ferat. Cū diuitias secundā q3 semp ac facilem fortunā admiranť: quę tibi & generis nobilitatē: & nobilitatis ornamēta subiecit. Ex altera subito pte occurrit singularis illa & diuina potius q̄ humana formositas quę te merito nō in hoc seculo natam: sed de cęlo prolapsam testatur. Cōspiciunt eni faciē illam tuam serenissimā: quę etiā nubilosum posset illustrare cęlum. Conspiciūt sidereos illos oculos tuos: q cēm penitus intuendo possunt amouere dolorē: ac luctuosos animos in summū gaudiū traducere. Conspiciūt deniq3 candida colla: paruos lapillos facile superātia: miranť castigatā frontē purpureū iuuentę lumen: flauos crines: oiaq3 penitus mēbra decora quę cōspiciēdo: nō pňt nō laudare. laudādo nō amare: amādo deniq3 nō obseruare. ii. ¶ Hinc ego iter cęteros ęquales meos satis fortunat⁹ adolescens: & fortasse etiā fortunatissimus futurus: si amorē tuū conseq meritus fuero: cū tales cōditiōes tuas animo cōplector: nō solū ad te amandā: colendā: & obseruandā ipellor: sed pro re etiā emori cogor: nec uigilās nec dormiēs quiescere possum: ita ut cū ex una pte me socii foelicem appellēt quia cū satis honesta uirtute: nō mediocris quoq3 accessit & fortuna. Ego tamē potius me infoelicē existimē: cū tibi placere nō possim: in qua solū oēs spes meas cōstitutas esse uolui. iii. ¶ Verte igiť aliquātulū benignissimos in me ocellos tuos uirgo pudicissima: & hunc tibi seruulū ab ineunte ętate dicatum piētissima suscipias. non. n. humana res sed diuina potius est amor: nec tibi parū uideať amori parere: cū non solū humani principes: sed & diuina quoq3 colla subiecere. Et caue ne fortasse amorē despiciens: tui mali causa sis: memēto daphnes: memento sirīngis: q̄rū

altera phoebi:altera uero panis amorē ſpernēs crudeliter uitā ſi niuere. Tu aūt tales fugiēs:penelopē imitare:quę amoris ſui cōſtantiā uiro ſeruās foeliciſſimos dies uixit:mihiq; adhereas quē tibi ſenties in oib⁹ q̄libētiſſime patū:quę ad honorē & pudicitiā tuā facere uideanſ:dū fuerit hęc mihi uita ſupſtes. Vale.

Lamentatorium genus. Caput.vii.

Amētatoriū genus eſt illud:quod fit pro alicuius mali noſtri demonſtratiōe:apud aliquē amicum:apud quem lamentantes ſperamus recipere conſolationē & huius generis ſpecies ſunt tres. Vna.ſ. pro iniuria. altera ꝓ re perdita.tertia uero pro exilio.

Lamentatoria.

Pro iniuria. Pro exilio.

Pro re perdita.

¶Lamentatoria epiſtola pro iniuria ſuſcepta eſt illa:quę ad aliquem amicum ſcribitur:apud quem lamentamur de contumelia nobis illata:ut ipſe ſit iudex:uel forte remedium ſueniat:cuius epiſtolę talis eſt regula. Regula.

¶Si lamentatoriā eplām pro iniuria ſuſcepta ad aliquē amicū ſcribere uoluerimus a quo remediū ſperamus illā in tres partes diuidemus. In quarū prima beniuolētiā captabim⁹ ab ea pſona: ad quā ſcribimus:cōmemorātes amicitiā & beniuolentiā nr̄am ꝓpter quā ſimus incitati de reb⁹ noſtris tam ꝓſperis q̄ aduerſis ipm̄ facere certiorem:ſperantes:q; ſm̄ ueri amici officium ipſe exiſtimabit fortunā nr̄am ſibi eſſe cōem. In ſecūda uero beniuolentiā nobis cōſtituemus a perſona aduerſarii:deducendo ipm̄ quantum poſſumus in odium illius ad quē ſcribimus:& narrādo primo quanta & quot beneficia in ipm̄ intulerimus:& tamē recitando ipius ingratitudinē erga nos:ſimulq; explicādo illam iniuriam:qua a tali inimico fuerimus affecti. In tertia aūt aut petemus auxilium uel conſiliū ſuper tali re:ab ea pſona ad quā ſcribimus:aut ipām cōſtituemus iudicē ſuper ingratitudine inimici noſtri:querendo ab ea reſponſionē conſolatoriā:ut talē iniuriā

equo animo ferre possimus: simulq; offeremus illi oém operá nram q̃libentissime paratam. Propositio.

¶ Laméteur Appius apud Cesarem: q; a Cicerone fuerit iniuria affectus. Exemplum. pars. i.

¶ Amor & beniuolentia singularis: qua in me afficeris Cesar amantissime: hoc potissimũ tépore a d te ut scribam me impellit pro aliqua consolatione captanda in his potissimũ rebus: quibus a duersam mihi sentio esse fortunam: nam amici officiũ esse scio: ut tã in, psperis q̃ aduersis: semp cõmuné iudicet esse casum. Cum igitur diebus istis a Ciceroni graui fuerim cõtumelia affe ctus: statui rem oém a d te scribere: ut per litteras tuas hũc dolo ré aliquãtulũ leuare possis. ii. ¶ Scis Cesar charissime: q̃tũ semp supiorib⁹ tpibus elaborauerim: ut huic nebuloni nõ solũ honorem: sed etiã utilitaté afferré: cũ precipue me faciente: ad preturá primũ: deinde cũ summo suorũ ornamento ad consulatum eue ctus fuerit. Sed neq; bonorũ istorũ memor ingrat⁹ homo: nec boni uiri officium sectatus: cum mihi esset causa forensis in controuersia coram senatu populo q; romano ut iniquitaté suá oibus aperiret: non solũ mihi operá suam negauit quá solet oíbus etiam ignotis ĩpartiri: sed acriter in me inuectus est pro aduersa rio meo dicés ita ut deducta re in persuasioné: a causa penitus de ciderim. Hec ego passus sum mi Cesar: tanq̃ laborũ meorũ pre mia: quos pro ingratissimo uiro isto die q; noctuq; suscepi. iii. ¶ Sed quia adhuc inest animus: ab ista senté tia iniqua & iniusta appellare: hec ideo a d te scripsi: ut preter litterarũ tuarũ cõsolati oné quam expecto: ipm etiã Ciceroné moneas: ut si mihi operá suam prestare non intendit: quis id facere debitus sit mihi tamẽ nolit esse impediméto: quod facile faciet si tibi id placere senserit cui me totum trado & dedo. Vale.

¶ Lamentatoria pro re perdita.

¶ Lamnetatoria epistola: pro re perdita est illa: que ad aliquem amicũ scribitur: apud quem lamentari uolumus: uel de amissione substantie: uel de amissione alicuius persone: que mortua sit

uel de pditione honoris aut dignitatis: Cuius eplę talis ẽ regula.
¶ Si lamentatoriá epłam pre amissa ad aliquẽ amicũ scribere uoluerim⁹: cui narrare intẽdimus: uel amissionẽ substátię aut dignitatis nrę ad hoc ut ab eo aliquod auxiliũ recipiamus: uel perditionẽ alicuius psonę quę fuerit extincta ut per lras amici cõsolationẽ recipiamus: ipsam epłam similiter in partes tres diuidemus. In quarũ prima beniuolẽtiá captabimus ab ea psona ad quá scribimus: declarátes: φ propter amorẽ & beniuolentiá eius in nos: uelimus ei narrare casum fortunę nrę: ut possimus ab ea uel auxiliũ: uel cõsolationẽ recipere. In secũda exponemus aduersitatẽ nostrá quę nobis accidet deducẽdo quátũ possumus rem ipsam in cõmiseratione. In tertia uero & ultima: petemus uel auxiliũ: uel cõsolationẽ reb⁹ nŕis: dicentes nos multum sperare in ipso amico: & rogantes: φ talis spes non decipiat nos: simulq; offerẽtes eidem amico omnem operá nostram libenter accomodatam. Regula Propositio.

¶ Lamentetur Cicero apud Seruium sulpitium de mortę Tulię filię suę. Exemplum. Pars.i.

¶ Vellem serui charissime: ut in tam acerbo ac graui casu: q me diebus istis afflixit: tu etiá inter cęteros amicos mihi affuisses: sũ enim certissimus: φ nõ solũ eque doluisses: sed etiá in leuádo dolore meo non modicũ pfuisses. Quod quia locorũ ac téporũ interuallo impediẽte: effici non potuit: dabo tamen operá: ut saltem p litteras illud tibi significare possim: quod me diebus istis male habet: in eo amore atq; beniuolẽtia nŕa cõfidens: quę a teneris annis una cũ ętate creuit: φ fortẽ istá meam: ut bonũ amicũ decet tibi iudicabis esse cõmunẽ.ii. ¶ Scis serui amantissime: in hac rei publicę nostrę oppressiõe: quot & qtis calamitatib⁹ fuerimus affecti: ita ut p beatos illos existimare soliti sim⁹: q sine aliquo magno malo: uitá cum morte cõmutauere: sed tñ in oĩbus his miseriis: uná tátũ cõsolationẽ capiebá: quę mihi relicta erat: filię. s. meę dulcissimę cõfabulationẽ: q facile oẽs a me curas penit⁹ amouebat: sed nũc eo magis in lachrymis & luctu tabesco: quo

crudelior in me fuit inuida mors: que tali me oblectatiōe puauit mortua ē spes mea: cōsolatio mea uita mea: qua oēs alios moerores facile deponebā: nec scio quā debeā in hoc miserando casu cōsolationē recipere: nisi ad te cōfugiā: q omniū dolorū meorū leuamē existis. ui. ¶ Hec igit ad te scribo: nō tantū ut mecū doleas: quod bonū amicū decet: sed ut per litteras studeas hunc dolorē meum si nō penitus tollere: aliquantulum saltē leuare: cum precipue hoc te solum expectem qui etiam ceteras calamitates meas tua soles prudentia remouere: cui ego me totum trado & dedo. Vale. ¶ Lamentoria pro exilio.

¶ Lamentoria epistola pro exilio est illa: que ad aliquem amicū scribitur: apud quem lamentari uolumus de exilio nostro. Cuius epistole talis est regula. Regula.

¶ Si lamentoriā epistolā pro exilio ad aliquē amicū scribere uolu erimus: a quo speremus cōsequi aut auxiliū in restitutiōe nra: aut cōsiliū: uel cōsolationē: ipam epistolā similiter in ptes tres diuidemus. In quarū prima eodē modo beniuolētiā captabimus ab ea psona ad quā scribimus: demonstrātes q maxime cōfidamus in amare ac beniuolētia sua: q omnem istā fortunā existimabit sibi esse cōmunē. In secūda uero primū demōstrabimus bñficia que intulerimus in patriā: uel bonitatē nostrā: sine arrogantia: ut intel ligat amicus: nō nostra culpa uenisse in exiliū. Ostendemus dein de cuius culpa factū sit: ut tale exilium patiamur: deducēdo rem omnē in aliquos aduersarios: quos in odiū conabimur adducere: demonstrantes eorum ingratitudinem & iniquitatē. Demū ostendemus: nos in iusticia & equitate confidere: q aliquando etiam in patriā restituemur: fracta nequitia aduersariorū nostrorum. In tertia autē & ultima petemus illud auxilium: uel consiliū aut consolationem: quā petere intendimus: cōmendantes nosmetipsos ipsi amico ad quē scribimus: cui etiā nos & omnia bona nostra qlibentissime offeremus. Propositio.

¶ Lamentet Cicero apud Lentulū de exilio suo: quod propter odium Clodii patitur. Exemplum. Pars. i.

¶ In omnibus calamitatibus meis semp solitus sum mi Lentule ad amicos meos cōfugere: quorū uel opera uel cōsolatiōe sub/leuatus: possim aliquantulū respirare. Quod cū te non amicum mihi solū existimē: sed etiā amicissimū: qui sp utramqꝫ fortunam meā tibi iudicasti esse cōem: statui p has ad te litteras: qd mihi di ebus istis euenerit: scribere: ut cōsilio & opera tua adiutus: & cō solationē & remediū etiā in tantis malis inueniā. ii. ¶ Scis Lētu/le charissime: qtū semp pro reipub. dignitate seruāda elaboraue rim: ita ut non opes solū libenter exposuerim: sed & sanguinem ipm: dum ei possem aliquid utilitatis afferre: nec min⁹ etiā ab ea sum adiutus: eleuatus cōseruat⁹. Sed maliuolorū neqtia quę nul lū pōt bonum sustinere me adeo īpetiuit: ut quicqd in rēp. cōtule rim: illud totū unico die pdiderim: Insurrexit in me Clodius ut niqssimus: q licet multa a me quondā bñficia suscepetit: ingrati/tudine tamen cęcus meritorū oblitus: ut me penitus pessūdaret plurima est figmēta machinatus: quę apud populū p contione deducēs: illisqꝫ deductis nefariis qbusdā testib⁹ fidē faciens me miserū atqꝫ innocentē ciuē ex patria pepulit: quod me tāto dolo re affecit: ut penitus uitā mihi acerbā putē. iii. ¶ Et profecto do/lori succūbi cogerer: nisi hęc una spes me solaret: quia spero quā doqꝫ futurū ut infringatur malorum iniquitas: & ego a tantis tā dē malis emergere possim. Quod ut facilius et citius eueniat: pe to a te consiliū: auxiliū & opē. Tu enim potes mihi adeo opitu/lari: ut mihi nihil sit pterea requirendū: cui ego omnia mea bona donū: familiā: meqꝫ ipm̄ mis ipm cōmēdo: trado & dedo. Vale.

¶ Consolatorium genus. Caput. viii.

Consolatorium genus est illud: quod fit pro alicuius
c mali solamine: qd' cū ab amico p litteras uel per nū ciū intellexerimus: cupimus ipsum cōsolari: & hu/ius generis species sunt tres. Vna scilicet pro iniuria. altera pro re perdita. tertia uero pro exilio.

Consolatoria.

Pro iniuria. Pro re perdita. Pro exilio.

¶ Consolatoria epistola pro iniuria suscepta est illa: que ad aliquem amicum scribitur: quem consolari uolumus pro iniuria: quam ab aliquo passus sit: deducentes ipsum in uindicte uel remedii spem. & huius epistole talis est regula.

Regula.

¶ Si consolatoriam epistolam pro iniuria suscepta: ad aliquem amicum scribere uoluerimus: quem consolari intendimus: pro ea iniuria qua fuerit ab aliquo affectus: ipsam in partes tres diuidemus. In quarum prima que solet a nobis epitasis appellari: declarabimus quantum nobis molestum fuerit intellexisse iniuriam illam: qua iste amicus noster fuerit grauatus & simul declarabimus amorem & beniuolentiam: qua in illum afficiamur: propter quam simus coacti: ad omnem fortunam communem existimandam. In secunda uero: que a nobis catastrophe dicitur: demonstrabimus quod propter hoc non sit dolendum: cum precipue ipse fuerit offensus ab homine nullius precii: & in hoc loco beniuolentiam captabimus a persona aduersarii: deducendo ipsum in odium: & demonstrando iniquitatem eius: & dicendo quod huiuscemodi uirorum iniurie non sint existimande: quia de facili postea superatur: & simul demonstrabimus in hoc loco: quantum sit sperandum: quod fracta istius aduersarii nequitia: tandem ipse amicus: ad quem scribimus: sit pristinam dignitatem consecuturus. In tertia autem & ultima: conabimur ipsum amicum consolari: promittentes ei operam nostram numquam defuturam: dum ipse possit omnem dignitatem suam uendicare.

Propositio.

¶ Consoletur appium Cesarem pro iniuria: qua fuit in senatu affectus a Cicerone. Exemplum. Pars. i.

¶ Accepi tuas litteras Appi charissime: que mihi profecto tantam moesticiam attulere quantam requirebat amor singularis: & beniuolentia illa qua ab ineunte etate in te affectus sum: ex iis enim intellexi quod neqter fueris a Cicerone impetitus: ita ut in causa tua forensi que tibi erat cum aduersario coram senatu agenda: contra omnem iusticiam & equitatem: uictoriam amiseris: quod cum primum sentirem non

poteram hoc mihi pſuadere: quia ſemp intellexerã: te multa beneficia in Ciceronẽ cõtuliſſe: ex quibus ipſe tibi oĩum iudicio debitus erat: unde nõ cadebat in alicuius opinionẽ: ut te offendere poſſet. Sed poſtq̃ eius iniquitatẽ ex tuis litteris percepi: nõ potui nõ ſummopere dolere: tua preſertim cauſa: cuius ego exiſtimo omnẽ mihi fortunã eſſe cõem. .ii. ❡ Cum aũt cõſidero eius: qui te offendit malignitatẽ: que illi potius: q̃ tibi: tandẽ & decori & damno futura eſt: nõ mediocrem in hoc dolore capio conſolationẽ: ille enĩ cum primũ tanta in te cognitus fuerit uſus ingratitudine in oĩum cõſpectu populorũ erit fabula nota. tu aũt pro tua equitate & iuſticia: que diu oppreſſe eſſe nõ poteſt: cum uictoria glorioſum triumphũ acquires. .iii. ❡ Que cũ citius conſequi poſſis: dabo primũ operã: ut in tuũ ſi potero fauorẽ illũ deducã. ſin minus fiet. non tibi opibus: ſtudio: fauore: mente denicꝫ un q̃ deero: ut poſſis optatum tuum q̃ foeliciſſime conſequi. cui me etiam ipm totum trado: cõmendo & dedo. Vale.

❡ Conſolatoria pro re perdita.

❡ Conſolatoria epiſtola pro re perdita eſt illa: que ad aliquem amicum ſcribitur: quem conſolari uolumus aut pro amiſſione ſubſtãtie: aut pro amiſſione alicuius perſone que mortua ſit: uel pro perditione dignitatis: cuius epiſtole talis eſt regula.

Regula.

❡ Si cõſolatoriã eplãm pro re perdita: ad aliquẽ amicũ ſcribere uoluerimus: qui uel ſubſtantiã ſuã amiſerit: uel aliquã perſonam pdiderit: que mortua ſit: aut forte dignitatẽ ſuã ꝑpter maliuolorũ inuidiã amiſerit: illã ſimiliter in tres ptes diuidemus. In quarũ prima que ſimiliter epitaſis appellatur declarabim⁹ q̃tũ dolorẽ perpeſſi fuerimus: cũ talẽ fortunã uel caſum ipſius amici itellexerimus: quẽ nr̃m ꝓpriũ exiſtimauim⁹ ꝑpter amorẽ & beniuolẽtiã quã in ipm afficimur: & in hoc loco conabimur ipm dolorẽ augere q̃tũ poſſumus. In ſecũda uero: que ſilr̃ cataſtrophe eſt appellata: cõuertem⁹ oẽm orõnem noſtrã ad cõſolationẽ: oſtẽdẽdo duas: tres: aut plures rõnes: ꝑpter quas probemus non eſſe

dolendũ: & sic concludemus ipsum amicũ debere omnẽ moesti ciá relinquere: & cõsolationẽ ex hac re capere. In tertia aũt & ultima: conabimur deducere amicũ: ad quẽ scribimus in aliquam spem: q. omnia ista mala sint futura meliora: simulq; illi offeremus omnẽ operá nostrá q̃ libentissime paratá: dũ possimus ei cẽ consolationi & utilitati. Propositio.

¶ Consoletur Seruius sulpitius Ciceronẽ: q in luctu cõstitutus est: ppter obitũ Tulliẽ filiẽ suẽ. Exemplũ. Pars. i.

¶ Ingemui ptinus. M. Tulli: & dolore affectus lachrymas cõtinere nequiui: cũ primũ ex litteris tuis tristẽ de obitu filiẽ tuẽ nunciũ accepi. cogit. n. me amicitia nostra mutuaq; beniuolẽtia: quẽ a tenellis annis cũ ẽtate crescẽs: iá me edocuit amicorũ casus cõmunes existimare Iam enim cogitatiõe cõcipere mihi uideor: huiusmodi gladius paterna uiscera torqueat: quibus cogitationibus imaturẽ amissẽ filiẽ desideriũ cor laceret atq; uexet: unde efficiat: ut nihil tibi reliquũ sit: nisi ut lachrymis & luctu tabescas. ii. ¶ Sed quia nõ semp moerendũ est ac dolore succũbendũ pin de atq; nulla relicta sit ratio: quẽ molestiá ac moerorẽ istũ leuare possit: nõ sum alienũ arbitratus: si quid ad te scribere tentẽ: quando corá loquẽdi nõ datur copia: ut te in tam acerbo luctu uersantem: & p̃ dolorẽ minus uiá rectam prospicientẽ & exhortari aliquantulũ queam: & eo unde aberratũ est: reducá. Quid queso ẽ quod tantopere doleas: & moerore afficiaris? filia tua mortua est: quia mortalis erat: ea lege in initio procreata: & genita: natura náq; nata: natura quoq; extincta ẽ. Nõ ergo mirum tibi uideri debet: si qd semel natũ effloruit: rursum ad ipsum defloruerit: & inter mortuũ sit. Dolorẽ itaq; tuũ mitiga: & bonis rõnibus innixus aliena: ostẽde te uirũ: explica prudẽtiá tuá: uirtute nũc op⁹ est. Sic intelligant ii: q te non uiderũt: te talẽ esse: quem nos: qui te nouimus predicamus. Vidimus enim aliqñ fecundá te pulcherrime tulisse fortuná: fac quoq; intelligamus: aduersam te quoq; ẽque ferre posse: ne ex omnibus uirtutibus hẽc una tibi deesse uideatur. iii. ¶ Hẽc ad te scripsi marce tulli: nõ q, ius te egere existi/

m ı́ré:noui enim modestiá & prudétiá tuá: sed feci cũ officii mei gr̃a: tũ uero ut quáti te faciá: facile intelligere posses: cur etiá oẽm operá meá offero: in oı̃bus uotis tuis q̃libẽtissime paratá: dũ tibi & tuis ꝓdesse possim. Vale. ¶ Cõsolatoria ꝓ exilio.

¶ Consolatoria epistola pro exilio: est illa: quę ad aliquem amicum scribitur: quem consulari uolumus: pro exilio suo: in quo constitutus sit: propter inimicorum maliuolentiam. Cuius epistolę talis est regula. Regula.

¶ Si consolatoriá epistolam pro exilio: ad aliqué amicum scribere uoluerimus: qué consolari intédimus ꝓ exilio suo: in quo cõstitutus sit propter iniquitaté & odiũ inimicorũ suorũ: illam similiter in tres ꝑtes diuidemus. In quarũ prima: quę similiter epitasis appellaẗ declarabimꝰ: q̃tũ doloré receperimus cũ primũ intellexerimus talé fortuná ipsius amici: ad qué scribimus quá sıb̃ dicemus existimare nobis esse cõem propter amoré & beniuoléciá: qua in ip̃m amicũ sumus affecti. In secũda uero captabimꝰ primũ beniuolentiá ab ea ꝑsona ad quá scribimus. laudátes ipsá ab omni probitate & uirtute: deinde captabimus beniuolentiá a persona aduersariorũ: deducendo ipsos in odiũ et declarando qualiter iste amicus noster nó propter suam culpá: sed tátũ propter inimicorũ inuidiá sit a sua patria depulsus. In tertia aũt ip̃m amicũ deducemus in specie: ꝙ sit aliquando in patriá restituẽdus & ad hoc pollicebimur ei operá nr̃am minime defuturá: sed cũ omnibus uiribus nostris elaboraturos: ut possimus ei prodesse & utilitatem afferre. Propositio.

¶ Consoletur Ciceronem lentulus pro exilio suo: quod propẗ Clodii odiũ & maliuolentiá patiẗ. Exemplũ. Pars. i.

¶ Non possem tibi per litteras exponere Cicero: quantum doloris: quantumq̧ moestitię susceperim: cum primum ex tuis litteris intellexi: re propter odium & maliuolentiam iniquissimi clodii ex dulcissima patria pulsum fuisse. non enim solum in testino crucior dolore ex hoc acerbissimo casu tuo: sed uix me a lachrymis contineo: quotiens in eam cogitationem uenio: ut te

illa potissimũ patria extorrem sentiam: pro qua etiam propriũ sanguinem sepissime exponere nõ dubitasti: quod me is amor facere cogit: quo in te maxime affectus sum. ii. ¶ Et profecto uix possem moerorem istũ sedare: nisi prius innocẽtiam tuã excogitarem: qui omnibus semper humanus: omnibus benignus nullum unquã laborem recusasti: quẽ tam ad publicam q̃ priuatam utilitatẽ spectare sentires: sed potius pro uirili tua semper insudans: ut omnibus prodesses nihil unq̃ non laudabile peregisti & tamen maliuoli nebulonis inuidia ad hanc calamitatem solum deueneris & non tua culpa: qui cũ inter omnes scelestos uiros scelestissimus existimetur: quãuis hoc nunc in te factiose cõsecutus fuerit: non tamen diu scelus suũ poterit tueri. iii. ¶ Euigila igitur aliquantulũ ab isto tuo moerore. & spera: hęc aliquãdo fore meliora: quę futura esse breui quidem temporis spacio cognosces: ut infracto impetu leuissimi hominis: tuã pristinã dignitatẽ cõsequaris quod ut facilius obtineas: ego tibi omnẽ operã meã studiũ: fauorẽ: mẽtem denicq̃ omnẽ polliceor: ut quod tibi honori & usui esse cognoscam: pro te exequi cõtendã. Vale.

Expositiuum genus. Caput. ix.

Expositiuũ genus ẽ illud: q̃d fit: quotienscũq̃ ad aliquẽ amicũ nr̃m scribentes aliquid exponere uolumus: q̃d ipsum lateat: & huius generis species sunt tres. una. s. testimonii. altera historię. tertia uero notitię.

Expositiua.

Testimonii. Historię. Notitię.

¶ Expositiua ep̃la testimonii ẽ illa: q̃ ad aliquẽ amicũ scribi͂t: apđ quẽ uel in loco publico: uel priuato uolum⁹ sup aliquo negocio testimoniũ exponere. Cuius ep̃lę talis est regula. Regula.

¶ Si expositiuã ep̃lam testimonii ad aliquẽ amicũ scribere uoluerimus: aut ꝑ testimonio publico: aut priuato sup aliq̃cã reddẽdo: illã in ptes tres potissimũ diuidem⁹. In quarũ p̃ma beniuolẽtiã captabim⁹ a p̃sona nr̃a declarãtes: q̃ tã ꝑpter fauorẽ iusticię & ęquitatis: quã nolumus aliquo pacto opprimi ꝑpť ignorãtiã

ueritatis: q̄ etiā propter amorē & beniuolentiā: qua afficimur in ipsum amicū: ad quē scribimus: aut ꝓ quo scribimus: uolumus declarare uerū testimoniū sup ea re: super qua fuerimus requisiti. In secūda uero breuiter: dilucide: & accomodate explicabimus ipsum testimoniū nostrū: nihil aberrando: si possum⁹ a ueritate: & tñ in ipsa ueritate dicenda: ubi erunt loca magis facietia ad fauorē amici nostri: tūc in ipsis maxime p̄sistemus: & plusq̄ in aliis ad hoc ut amico ꝓdesse possimus. In tertia autē & ultima dicemus ea uera esse quę scripserimus: simulq̧ in hoc loco offerem⁹ omnē operā nostram: uel per sonę publicę: uel priuatę quę hoc a nobis testimonium petiuerit: dummodo possimus ipsi rem gratam & utilem facere. Propositio.

℄ Exponat Cicero testimoniū apud censores cōtra Clodiū: q̄ die uiolatorū sacrorū in urbe fuerit. Exemplū. pars. i

℄ Requisitus a uobis iudices: qd super ea cōtrouersia sentiam: quę inter dignissimū matronarū ordinē: & Appiū Clodiū uersat: de uiolatis bonę deę sacris: an ne ipse eo die in ciuitate fuerit: quo sacra dicunt̄ esse uiolata: an potius abfuerit: licet hęc mea sp̄ cōditio fuerit ut neminē unq̄ offendere uoluerim: ne tamē equitas ipsa atq̧ iusticia: quā semp amaui: & ꝓ qua etiā emori possū ueritatis abscōsione ledat̄: omnia uobis uerissima fatebor. quę ad huiuscemodi causę dilucidationē attinere uidenł. ii. ℄ Petitis a me iudices. uobis significē. fuerit ne nudius tertius in urbe Clodius. quo potissimū die bonę deę sacra uiolata esse ferunt̄. Ego ut ueru fatear: Clodiū uidi mane totū apud duū uiros agere: demū ab octaua hora apud Pōpeū coenasse. Postea uero ptotū quasi diem circa cęsaris ędes uagantē inspexi. postremo ad horā noctis tertiā cursu rapido se domū cōferentē: qua uero ex causa illud non ausim affirmare. iii. ℄ Hęc sunt quę a me scire cupiebatis: & quę ego uobis ueraci sermone ptulerim. nā potius uellē mortē oppetere q̄ ueritatē iusticiāq̧ lędere. Si quid ꝑterea est quod ex me uobis cognoscatis gratissimū futurum iubete. ecce me ad omnia uota uta q̄ libentissime paratū. Valete.

¶ Expositiua historie.

¶ Expositiua epistola historie est illa: que ad aliquem amicum scribitur: pro admonitione alicuius rei geste: de qua uolumus ipm certiorem reddere: cuius eple talis est regula. Regula.

¶ Si expositiuã eplam historie ad aliquẽ amicũ scribere uoluerimus: quẽ uolum⁹ certiorẽ reddere de aliqua re gesta: & noua: illã sic in tres partes diuidemus. In quarũ prima beniuolentiam captabimus a persona nostra: declarantes: q̃tum simus inclinati ad scribendũ ipi amico de rebus nouis que uel in rep. uel priuata accidũt: cum maxime intelligamus ipm esse percupidũ harum rerũ intelligendarũ: & precipue cũ hoc si boni ciuis officiũ: ut uelit sepius admoneri de reb⁹ illis: que in rep. uel in ciuitate accidũt In secũda uero breuiter dilucideq; narrabim⁹ rem ipam: de qua uolumus ipm amicũ reddere certiorẽ: aut si res illa sit publica de pace uel bello: aut de rebus in senatu gestis: aut sit priuata de negociis ad alterũ nrm ptinẽtib⁹: uel de salute & euẽtu rerũ nr̃arũ: prout nobis uidebit̃ esse scribẽdũ circa nouitatẽ & uicissitudinẽ rerũ ac tẽporũ. In tertia aũt dicem⁹: hec fuisse que ad ipm amicũ scribẽda esse uidebãtur: & in hoc loco offerem⁹ eidẽ amico nõ pretermittere laborẽ aliquẽ in scribẽdo de reliqs rebus que post hac euenięt dũmodo possimus ipi rem gratã facere. Cui etiam offeremus operã nr̃am in oibus accõmodatã. Propositio.

¶ Exponat Antonius bruto: bellum indictum parthis cui prefectus sit designatus Cicero. Exemplum. pars. i.

¶ Scio brute charissime: q̃ cupidus si res istas itelligẽdi: que hac in rep. nr̃a gerũtur: cuius in optimũ mẽbrũ te esse cognoscas nõ potes ab ipa diu abesse quod si fortasse etiã tibi abesse contingat: nõ potest cor tuũ aliquo pacto cõquiescere: nisi per amicorum tuorũ lr̃as crebro certior fias de eius statu: qd cũ ego sic esse intelligã: ut tibi gratificarer: cui in pcipua quadã dilectiõe cõiunctũ sum: deliberaui id ad te scribere: qd potissimũ dieb⁹ istis euenit. ii. ¶ Dum eñi in senatu pulcherrime starem⁹: reddite sunt ex anthiochia lr̃e: quib⁹ significabat: parthos: in agrũ cilicũ incursi

oné fecisse:oíaq; in dies penitus deuastare:quod cũ intellexisset senatus subito decreuit:ut singuli sẽtẽtias rogarent:essẽt ne bellũ parthis inducẽdũ:an potius cũ eis pacẽ ineundã:quia nõ sine magno reip. dispendio uidebat illis posse obsisti:super qua re cũ multę uariçq; essent patrũ sẽtẽtię:tãdẽ deliberatũ ẽ:ut parthis bellũ iciderẽt:eiq; rei quia nemo uidebat:nec sapiã grauior:nec fide maior:qui tãtã posset ,puinciã sustinere:Marcus cicero ,pfectus est:iãq; ei exercit⁹:arma cõmeatus decret⁹. Vnde expectamus:infra paucos dies:eupatorẽ ipm ab urbe ad expeditionem suã ,pfecturũ. Tu interim deos exora:ut his faueant iceptis:quo resp. nřa nõ solũ seruet sed etiã mirifice augeat. iii. ¶ Hęc sunt quę dieb⁹ istis hoc in senatu gesta sunt de qb⁹ te putaui certiorẽ faciẽdũ. Si qd ,pterea acciderit:qd sit notatiõe dignũ:faciã te de oĩbus sepissime certiorẽ:cui etiã oẽm operã meã offero: in oĩbus tui optatis q̃libẽtissime patã. Vale. ¶ Expositiua notitię.

¶ Expositiua epistola notitię est illa:quę ad aliquem amicũ scribitur:quẽ certiorẽ reddere uolum⁹ de cõditione alicuius ,psonę: quã ipe scire desiderat:cuius eplę talis ẽ regula. Regula.

¶ Si expositiuã epistolã notitię ad aliquẽ amicũ scribere uoluerimus:cui cupimus declarare conditionẽ alicuius personę:quã ipe scire desiderat:illam sišr in tres partes diuidemus. In quarum prima beniuolentiã captabimus ab ea persona ad quã scribim⁹ declarãtes,q ex quo ex litteris eius intellexerimus:ipm scire desiderare conditionẽ talis uiri:fuerimus ualde diligentes in ea perquirẽda:& q tandẽ intellexerimus oĩa quęcunq; circa negociũ illud erant intelligẽda. In secũda uero breuiter & dilucide declarabimus ea quę scribere intẽdimus:aperiẽtes particulariter oẽm coditionẽ illius uiri uel etiã illius rei:cuius ipe amicus ad quẽ scribimus notitiam habere uoluerit. Quod si forte de nobis ipis alicui notitiam dare uoluerimus:pretermissa prima parte:capiemus beniuolentiã a nobis ipis nos excusando:si aliquid de nobis dixerimus:quod tamen dicemus facere nõ ex arrogãtia:sed solum ut personam ignotam illi aperiamus:qui eam scire deside

rat:& tunc ĝto modestius poterimus cōditionē nr̄am narrabimus:ut ab amico noscamur. In tertia aūt dicemus hec fuisse:que de tali uiro ul' tali re itelligere potuerim⁹:& q̄ si alia ,p ipso amico facere possum⁹:pati sumus ad oīa eius optata:cui etiā offerem⁹ operā nr̄am:in oībus libētissime patā. Propositio.

¶ Exponat Gicero cesari conditionem appollonii rhodii:oratoris:cuius ipse notitiam habere cupit.

Exemplum. pats.i.

¶ Nihil est tam arduum tanq̄ difficile mi Cesar quin illud libentissima fronte subirē:ut tibi rem gratā facerem:quia sic me cogit amor singularis & eximius:quo i te affect⁹ sum:sicq̄ me cogūt maxima p̄clarissimaq̄ beneficia tua:q̄bus & antea semp me cumulasti:& in dies cumulare non desinis. Petis a me ut omni diligētia exploratā apollonii rhodii cōditionē ad te scribā feci id sedulo:teq̄ de his que scire cupis:certiorē reddo.ii. ¶ Est enim is apollonius:quē tu scire desideras:uir oīum iudicio singularis:q nō tantū in oratoria facultate:quā ipse manifestissime ,p̄fitet:sed etiam in philosophia non mediocre sibi nomen comparauit:ex rhodo nāq̄ cum proximis diebus istis in hoc atheniense gymnasium cōmigrauerit:quia neminē reperiuit:qui rhetorica instituta diligēter enodaret.a philosophia ad istā pedestrē oīonē se cōuertit:in qua tantā ,p̄fecto studētib⁹ utilitatē adiecit:ut uidere facile uidearis:terū palladē ex cerebro iouis natā in hanc urbem descēdisse.iii. ¶ Plura de hoc hoīe ad te scribere possem:sed ex aliis etiā plura itelligere poteris. Hoc unū addo:q̄ si talē oratorem in urbē euocaueris:nō priuatę solū:sed publicę etiā utilitati nō parū cōsules. Si qd est p̄terea qd me tibi obsequi cupis:iube, as ecce me ad oīa penit⁹ uota tua libētissime paratū. Vale.

¶ Gratulatorium genus. Caput.x.

g Ratulatoriū genus est illud quod fit:quotiēscūq̄ ad aliquem amicū nr̄m scribētes uolumus illi gratulari: pro aliquo suo bono cōsecuto:& huius generis species sunt due:una pro fortuna:altera uero pro salute.

Pro fortuna. Pro salute.

¶ Gratulatoria ep̄la pro fortuna est illa: que ad aliquē amicum scribitur: cui uolumus gratulari: pro aliqua dignitate uel prospe ritate cōsecuta cuius ep̄le talis est regula. Regula.

¶ Si gratulatoriā ep̄lam pro fortuna ad aliquē amicū scribere uoluerimus: cui uolumus cōgratulari: uel pro aliqua dignitate cōsecuta: uel pro aliquo gaudio seu leticia: quā ipse prospera for tuna fuerit assecutꝰ: illā in tres ptes diuidemꝰ. In quarū prima be niuolētiā captabimus ab ea p̄sona: ad quā scribimus: ꝑam sum mopere laudātes & ostēdētes: ꝙ meritis & uirtute sua fuerit cō secuta talē dignitatē uel ꝓsperitatē. In secūda uero demōstrabi mus q̄tū hoc nobis fuerit gratum beniuolētiā captātes a p̄sona nostra: & declarātes propter amorē & beniuolentiā: qua in talē personā afficimur: nos fortunā istā propriā existimare. In tertia aūt deū rogabimꝰ ut hec dignitas siue foelicitas sit illi ꝑpetue lau di ac utilitati futura: simulq; in hoc loco offeremus illi oēm ope ram nr̄am q̄libētissime accomodatā: dūmodo possimus circa hanc dignitatē suā: ei aliquid utilitatis afferre. Propositio.

¶ Cōgratuletur curioni Cicero: pro tribunitia ptāte: quā meri to consecutus est. Exemplum. pars. i.

¶ Nescio: mihi potius: an tibi gratuler Curio pro tribunitia ista ptāte tua: quā nuper uirtutibꝰ tuis p̄clarissimisq; morū institutis cōparasti. tibi. n. non mediocrē uideo gloriā accessisse: cui tantū honoris gradū iuuenili p̄sertim hac in etate tua ascendere licuit: ut nō minus oium de te opinionē superaueris q̄ equaueris: nec id qdē immerito: tātū nāq; tibi apd oēs existimationē cōcitasti: ut laus tua nō obscuro nec uario sermone: sed & clarissima & una oium uoce p̄dicet. Mihi aūt nō parū decoris & ornamēti adiū xisti: cui tali stēmate decoratū liceat amicū hēre: qui & suo splē dore hāc nō solū amicitiā illustrare possit: uerū ei maxio sit futu rus emolumēto. ii. ¶ Tibi igit̄ tueq; uirtuti gratulor: ꝑ hac di gnitate tua: tam optima q̄ bene merita quā licet nunq̄ ambitiose

queſiueris: utriuſq tamē uirtutis tuę ſplendore ſemp promereri ſtuduiſti: mihi uero gaudeo cui tātū laudis acceſſerit: nec id qdē iniuria. oia. n. ſūt amicorū (ut aiunt) cōia: quorū etiā animi adeo dicunt̄ eſſe cōiuncti: ut unus idēq ſpūs duo corpa regat. ac idē ſit in duobus ſenſus eadēq uolūtas. iii. ¶ Dii quoq te fauſtū foelicēq cōſeruent: quorū arbitrio oia gubernant̄ ac ad meliora ſp digniora q: ut meritus es te proueāt ut & tibi & tuis gloriā im/ mortalē acquiras: & reip: tādē bonus ac honeſtus ciuis euadas: quā cū diu foeliciſſime gubernaueris: in eius tandē ſinu fauſtiſſi me quieſcas. Gratulatoria pro ſalute.

¶ Gratulatoria epiſtola pro ſalute eſt illa: quę ad aliquem ami cum ſcribitur: cui uolumus gratulari: aut pro ſalute: poſt ęgritu dinem conſecuta: aut quia ex aliquo loco ſaluus redierit: Cuius piſtolę talis eſt regula. Regula.

¶ Si gratulatoriā epl'am pro ſalute ad aliquē amicū ſcribere uo luerimus: illā ſilr in ptes tres diuidemus. In quarū prima beniuo lentiā captabim⁹ a pſona nr̄a: declarātes: quantū prius de amici ęgritudine doluerim⁹: uel de eius ſalute dubii fuerim⁹ ſi a nobis fuerit ſepat⁹. In ſecūda uero declarabimus quanto gaudio affe/ cti fuerimus: cū de eius ſalute: uel incolumi reuerſione intellexe/ rimus: & tunc ei de tali ſalute cōgratulabimur: deū rogantes: q hanc prius incolumitatē ſuā diu ſeruet. deinde ipm deinceps ab omni malo tueatur. In tertia autē offeremus eidē amico omnē operā nr̄am: ut in aliis fieri conſueuit. Propoſitio.

¶ Cōgratuletur Euſtachius andronico: pro ſalutis ſuę priſtinę inſtauratione. Exemplum. pars. i.

¶ Quāto dolore affect⁹ fuerim dieb⁹ iſtis. Euſtachi chariſſime cū primū ex amicorū meorū lr̄is itellexiſſem: te in grauē quēpiā morbū icidiſſe: plr̄as qdē tibi ſignificare nō poſſem. Exiſtimaui pfecto hāc mihi ęgritudinē tuā: eſſe cōem: p eo amore ac beni uolētia: qua in ſummope affect⁹ ſum. ii. ¶ Sed quāto maior fuit exacta moeſticia: tāto maior nūc lęticia ſucceſſit: cū itellexerim: te iā dei optimi bonitate iuuāte: in priſtinā ſalutē fuiſſe reſtitutū.

Gratulor igitur tibi prius pro ista incolumitate tua instaurata: deinde exoro: ut diu te salutem seruet atque superstitē: ut nos oēs amici tui cupimus & peroptamus: qui tuo amore adeo deuicti sumus: ut nunq̄ possimus ab eo auelli. iii. ¶ Nos quoque scias: diuina fauente pietate: saluos omnes esse atque incolumes & omnibus uotis tuis q̄libētissime paratos: dum tibi possimus esse & honori & utilitati q̄ maxime. Vale.

¶ Exhortatiuū genus. Caput. xi.

e Xhortatiuū genus est illud: q̄d fit. quotienscunque personā aliquā ad aliq̄d peragendū uolumus cohortari: & hui⁹ generis spēs sunt duę. Vna scilicet ad letitiā, altera uero ad dolorē. Exhortatoria.

Ad dolorem. Ad lętitiam.

¶ Exhortatiua ep̄la ad lętitiā ē illa: quę scribit̄ ad amicū: qué exhortari uolum⁹ ad aliq̄d pagēdū q̄d illi in gaudiū honorē & utilitatē futurū sit. cuius epistolę talis est regula. Regula.

¶ Si exhortatiuā ep̄lam ad lętitiā ad aliquē amicū scribere uoluerimus: qué cohortari uolumus: uel ad uirtutes capessendas: uel ad gaudiū pro aliqua re suscipiendū siue ad aliq̄d aliud pagēdū q̄d in eius utilitatē redūdet: illā in ptes quinque diuidem⁹. In q̄rū prima beniuolentiā captabim⁹ ab ip̄a re: declarātes: q̄tū ip̄i amico ad qué scribim⁹: sit futura utilis res ip̄a: ad quā ip̄m exhortari studem⁹. In secūda uero beniuolētiā sibi capiam⁹ a re ip̄a: laudātes ip̄am ab honestate & iusticia. & demōstrātes ip̄am ęquissimā esse: & quocūque p̄batissimo dignā: ad hoc ut ip̄e amicus facilius incitet̄ ad id faciendū: ad quod ip̄m cohortamur si senserit aliquid inde sibi honoris profecturū. In tertia aūt demōstrabimus rem ip̄am esse possibilē & facilē ad peragendū: quia naturaliter quāto res est facilior: tanto libētius a nobis suscipitur: cū natura nostra a labore procliuis sit ad libidinē & uoluptatē. In quarta uero ostēdem⁹ huiusce rei necessitatē: dicētes. q̄ necessario amicū ip̄m oporteat tale quid peragere: ne forte in aliquod dānū: uel dedecus incideret. In ultima denique p̄ponemus quid

uolumus ipsum amicũ facere dãtes ei modũ rem ipsam peragẽdi: & hec propositio appellat: que tamen iter ceteras partes est ponẽda: ubi magis ad propositũ facere uideat. Propositio.
¶ Exhortetur Fabius papirium pretextatũ: ingenuum adolescentem: ad uirtutes capescendas. Exemplum. pars .i.
¶ Nihil unq̃ fuit papiri charissime: q̃ tã publicis q̃ priuatis reb⁹ maiori unq̃ emolumẽto fuisse legamus q̃ ea potissimũ uirtus: que nõ solũ priuatas domos: uerũ & publica quoq̃ ipẽria regere: gubernare: atq̃ iprimis augere solita est: hinc & athenienses doctissimos uiros rem suã publicã merito inter ceteras prestantissimã reddidisse cõperimus. Nec minus quidẽ clarissimorum uirorũ prudẽtia: sapiẽtissimoq̃ cõsilio rhomanã sũm⁹ remp. cõseruatã atq̃ mirifice ampliatã .ii. ¶ Preterea eiusdẽ uirtutis splẽdorẽ: quo quisq̃ potissimũ ei familiaris nõ minimũ quidẽ honestatus est: est eni tanta uirtutis grã: tanta gloria & auctoritas: ut facile ex ignobili quẽq̃ nobilẽ: ex mortali imortalem reddere possit .iii. ¶ Ad hanc igitur uirtutis laudẽ: pro singulari in te beniuolẽtia mea: his meis litteris te incitare disposui: nõ q̃ ad illam te tua sponte satis incitatũ esse diffidã: sed ut amorẽ in te meum apud te testificatũ relinquã .iiii. ¶ Nec profecto tibi ad uirtutem capessendã difficilis additus patet. hanc. n. tibi facillime cõparabis si hoc statueris: quarũ laudũ gloriã adamaris: quibus artib⁹ he laudes cõparãtur in iis potissimũ esse laborandum .v. ¶ Hec uides quanto tibi hac maxime tẽpestate necessaria sint: cũ cadẽ tì reip. tali sit opus defensore: qui omni uirtute uallat⁹ eã in pristinum statũ: ueteremq̃ libertatẽ merito sit uẽdicatur⁹. Vale.

¶ Exhortatiua ad dolorem.

¶ Exhortatiua epistola ad dolorem est illa: que scribitur ad aliquem amicũ: quem exhortari uolumus ad lachrymas & moerorẽ: pro aliqua fortuna aduersa: uel publica: uel priuata: & hui⁹ epistole talis est regula. Regula.
¶ Si exhortatiuã eplãm ad dolorẽ ad aliquẽ amicũ scribere uoluerim⁹: quẽ ad lachrymas uel luctũ incitare uolum⁹: p aliquo

casu aduerso qui nobis uł amicis priuate acciderit: uł publice etiã euenerit: illã in ptes quattuor diuidem⁹. In quarũ prima beniuolentiã captabimus ab ipsa re: demõstrantes q̃tũ sit iustũ & honestũ: aut ꝓ amicorũ aduersitatibus: aut pro pub. in cõmoditatib⁹ dolere: cũ pręcipue huiuscemodi calamitates debeamus cõmunes existimare. In secũda uero narrabimus casum ipm: propter quẽ uolum⁹ ipsum amicũ ad dolorẽ cõmouere. In tertia aũt cũ uerbis accõmodatis: exhortabimur ipm ad dolorẽ: pro tali re suscipiendũ. In quarta uero & ultima demõstrabimus: q̃tũ sit necessariũ: in huiuscemodi calamitatib⁹ dolore: ut post dolorẽ succedat cogitatio & cura cõsulendi ipsis rebus afflictis ꝓmittẽtes etiã nos operam nostram: in omnibus fore paratam: dummodo possimus aliquid prodesse. Propositio.

¶ Exhortetur planctũ Cicero: ad dolorem capiendũ pro reip romane oppressione. Exemplum. pars. i.

¶ Cũ iure tã diuino q̃ humano cogẽte: post pientissimũ in deos obsequiũ: quicquid in nobis est: illud totũ patrię reiq; publicę debeat: ꝑ cuius nõ solũ prosperitatibus lętari: in cõmoditatibusq; lugere debemus: sed pro qua etiã sanguinẽ effundere: si opus est debiti sumus: nõ sum ab officio boni ciuis alienũ arbitratus: si ex positis calamitatib⁹ nr̃is te ad nobiscũ lachrymandũ incitauero ii. ¶ Scias plãce charissime pristinã illã dignitatẽ & auctoritatẽ nr̃am qua mirifice hoc in cenatu pollebamus: Cęsaris nũc iniquitate penitus esse sublatã: q monarchiã imperii consecutus: nõ solũ patres ab urbe ꝓpulit: sed nec alicui uiro bono liberũ amplius nomẽ reliqt. Quis igit̃ est tã ferreus ciuis: q se a lachrymis cõtinere possit? amissa nãq; dignitate nr̃a: quid reliquũ nobis est: nisi ut in luctu & squalore iaceamus? flemus: ploramus: ululamus tota die: teq; lachrimarũ istarũ etiã uolum⁹ sociũ habere. iii. ¶ Necesse enim ẽ: ut gemitus augeant̃: lachrymę excrescãt: ploratus crebior fiat: hęc enim fortassis aĩorũ quędã irritamẽta fuerit: quę diu iniuriã istã pati neq̃bũt: qđ si q̃s ad hanc laudabilẽ ꝓuinciã animũ adiecerit: nõ recuso laborẽ: sed potius ad omne capitis peri-

culū subeundū: omnē operā meā: uitā deniq3 ipm libētissime pa ratā uideo. Vale. ¶ Dissuasiuum genus. Caput. xii.

d Dissuasiuum genus ē illud: quod fit quotienscūq3 ad aliquē amicū scribim⁹: quē si uiderimus inclinatū: ad aliquid peragendū: ab eo uolum⁹ deducere: & huius generis spēs sīr sunt due: una. s. a letticia: altera uero a dolore.

Dissuasiua.

A leticia. A dolore.

¶ Dissuasiua epl̄a a leticia est illa: q̄ scribit ad aliquē amicū: quē si uiderimus inclinatū ad aliqd̄ reprehensibile gaudiū: ipm ab eo conabimur retrahere: & hui⁹ eplē talis ē regula. Regula.

¶ Si dissuasiuam epistolā a leticia ad aliquē amicū scribere uolu erimus: cui dissuadere intēdimus: ne in aliquā indebitā leticiā pro rumpat: uel ad aliquid faciendū properet: quod ipse sibi bonum futurum existimet: illam similiter in partes quinq3 diuidemus. In quarum prima ostendimus rei ipsius inutilitatē: si fecerit eam: & omnibus mediis demonstrare conabimur ipsam omnino esse damnosam. In secunda uero aperiemus rem ipsam esse penitus iniustam & inhonestam: & minime uiro bono condecentē: ita ut per hec media ipsum amicum nostrum inducamus ad hoc: ut rem ipsam existimet nullo pacto esse faciendam. In tertia autē proponemus: quo pacto sit ab ipso amico peragendum: ut a ta li re faciēda desistat: & simul rei ipsius modū aperiemus: quo de- beat in ipsa re procedere. In quarta uero demonstrabimus: quā tum sit ipsi amico facile: a tali re facienda desistere: ita ut per hanc facilitatem citius inducatur ad persuasionem. In quinta uero & ultima declarabimus necessitatem ipsam: propter quam sit coactus a tali leticia desistere: simulq3 ipsi amico offeremus om nē operam nostram: si uoluerit persuasionibus nostris morem gerere. Propositio.

¶ Dissuadeat Curioni Cicero: in leticiā prorūpere: quia Cesar monarchiā obtinuerit imperii. Exemplū. Pars. i.

¶ Inueterata fuit dignissimaq3 uniuscuiusq3 philosophātis opi-

nio Curio charissime: nihil uiro bono inutilius eẽ: nihilue dam nosius q̃ de suę reipublicę oppressione gaudere: pro cuius con/seruatione: quanto quis maiorem laudem & gloriam con/sequitur: tanto maiore nota dignus efficitur qui in eam aliquid attentare studuerit secum.ii. ℭ Adde p̃terea ꝙ nihil unq̃ uiro digno inhonestius: nihilue turpius existimari potest: q̃ in reipu. suę casibus lęticiã ꝑ se ferre: ꝑ qua si quis etiã pulcherrimũ sangui nem exposuerit: nõ modicã sibi gloriã & laudem cõparabit.iii. ℭ Cũ igitur intelligam te pro Cęsaris uictoria tantum gaudii suscepisse: ut uix te ab eius publica ostẽtatione continere possis: dolui certe: te in tantũ dilapsum fuisse facinus: ut etiã in malis tuę patrię gaudere possis. Proinde te hortor: ut ab ista lęticia uana & turpi desistere uelis.iiii. ℭ Facile enim tibi est: omnẽ lęticiã istã in lachrymas uertere: cũ p̃cipue optimus semꝑ ciuis fueris existi matus: cuiꝰ officiũ est: illã pulcherrimam mortẽ ducere que p̃ro patria suscipitur.v. ℭ Adde etiã ꝙ in tãtis totꝗ reip. perturbatio nibus tibi necesse est: non solũ ab hac animi hilaritate discedere: sed & perpetuas lachrymas periclitanti patrię cõdonare. Vides enim quãca etiã tibi sint mala in hac publica calamitate patiẽda: nisi corde & animo ingemiscens: cadentibus rebus mature con suluerís. q̃d ut facias te rogo: & ad id peragendũ omnẽ tibi ope/rã meã paratã deuoueo. Vale. ℭ Dissuasiua a dolore

ℭ Dissuasiua epistola a dolore est illa: quę ad aliquẽ amicũ scri/bitur: quẽ si uiderimus inclinatũ ad aliquẽ reprehensibilẽ dolorẽ: uel minime laudabilẽ: ipsum ab eo deducere conabimur. & hu/ius epistolę talis est regula.

Regula.

ℭ Si dissuasiuã epistolã a dolore ad aliquẽ amicũ scribere uolue rimus: cui dissuadere intẽdimus: ne ꝑpter aliquã causam in moe rorem deducatur: quem ipse forte inconsiderate suscipit. illam si militer in partes quinꝗ diuidemus. In quarum prima declarabi mus quantum sit inutile uel damnosum ipsi amico nostro in tali casu dolorem ostendere: cũ pręcipue hoc non sit uiri sapientis officium: ut in rebus aduersis dolere debeat. In secunda uero de

monstrabimus ipsi amico: non esse honestum uel laudabile: si propter ipsam rem doleat: & hic si uoluerimus: aliquam rationem adducemus: propter quam probemus turpe esse ipsi amico nostro: si in dolore diutius moretur. In tertia autem conabimur omnibus mediis quibus nobis possibile fuerit: ipsum amicum a tali dolore deducere: & in gaudium potius & consolationem inducere In quarta uero demonstrabimus hoc facile esse: si uoluerit amicus ad lęticiam se uertere: & ab ipso dolore discedere. In quinta uero & ultima ostendemus quantum sit ipsi amico ad quem scribimus necessarium: ut a tali moesticia penit⁹ discedat: adducēdo aliquam rationem: quę uideatur ad propositum facere. nam epistola ista est quasi similis epistolę cōsolatorię: de qua superius mentionem fecimus. & simul etiam in hoc loco: si nobis uidebitur: offeremus ipsi amico omnem operam nostrā: dum possimus ipsum a tali moesticia uel dolore remouere: et in aliquod gaudiū deducere. Propositio.

¶ Dissuadeat Marco Antonio Brut⁹: in luctu tabescere ꝑpter Iulii Cęsaris interitum. Exemplum. Pars. i.

¶ Hoc est officiū optimi cuiusqꝫ ciuis Marce antoni charissime ut non solum rempublicā suam & bonum cōmune diligat: sed illud etiā pro uirili sua quęrere: & quęsitum mirifice conseruare conetur. pro quo tutādo etiam si opus fuerit: q̄ libentissime sanguinem ipsum effundere cupiat. qđ qui facere neglexerit: uel acriter puniri debeat: & a senatu alienus censeri. ii. ¶ Nec n.n. laudabile est: immo turpissimū & detestādū facinus pro priuato bono publicū & cōmune spernere: ac spernendo destruere. immo & qui hoc facere pręsumpserit: poenas luere decet: & nullū morte sua amicis luctū relinquere. iii. ¶ Cū igitur ꝑpter Cęsaris interitionem uideam te in moerore & luctu constitutū: nō possum nō summopere mirari: cumprę sertim te semper bonum probatissimumqꝫ ciuem cognouerim: qui non solū de re publica tua semper bene mereri studuisti: sed omnes in eam crudelissime delinquētes: tāto ꝓsecutus es odio: ut tanq̄ in matrem tuam seuientes

fuiſſent:eos ſic tibi inimicos exiſtimaueris.iiii. ¶ Recipe igitur priorem animũ tuũ in patriam:& pro nequiſſimi tyranni nece noli tantopere cõmoueri:qui nullam uiris bonis libertatem re/linquens pulcherrimã reipublicę faciem in turpiſſimã conuerte/rat.v. ¶ Facile nãq̧ eſt tibi uiro prudentiſſimo a dolore & luctu ad leticiam potius & conſolationẽ animũ deducere cum pręci pue uideas tali occupatore extincto priſtinã iam ſibi libertatem ipſam recuperaſſe. Cogita pręterea quantũ tibi hoc pręſertim tẽpore:neceſſariũ ſit:ut relicto moerore ſereniſſimã patrię tuę faciem oſtendas:quę tuis ſubſidiis fulta:poſſit aliquando ex tantis calamitatibus reſpirare.quod ut facilius facere poſſis:dabimus operam omnes nos amici tui:ut in rebus oĩbus noſtra officia ſint tibi q̃libentiſſime parata. Vale.

¶ Inuectiuum genus. Caput.xiii.

I Nuectiuũ genus eſt illud:quod fit:quotienſcũq̧ perſonã aliquam uel amicam uel inimicam reprehẽdere uolumus:pro aliquo crimine ſceleris uel ignorantię:& huius generis ſpecies ſunt duę.Vna ſcilicet criminis.Altera uero contentionis.

Inuectiua.	
Criminis.	Contentionis.

¶ Inuectiua epiſtola criminis eſt illa quę ad aliquam perſonam ſcribitur:aut amicã:aut inimicam:quam pro aliquo ſcelere uel flagitio:ſiue remiſſe:ſiue excãdeſcẽter uolumus accuſare:cuius epiſtolę talis eſt regula. Regula.

¶ Si inuectiuã epiſtolã criminis ad aliquam perſonam ſcribere uoluerimus.primo ſcire debemus:q̧ ſi perſona ipſa ad quã ſcribimus:eſt nobis amica:remiſſa inuectione utendum erit:& prius uerbis aſperis accuſandũ:deinde in bona uerba deſinẽdũ. Si uero inimica fuerit perſona:tunc in tres potiſſimũ partes ipſam epiſtolã diuidemus.In quarum prima beniuolẽtiã captabim⁹ a perſona noſtra:declarãtes.q̧ ad talem inuectionẽ non uoluntarie:ſed coacte ſim⁹ impulſi:& q̧ ſepenumero a tali inimico laceſiti:

ad ultimũ usq; perpessi sumus: sed nũc amplius pati nõ possim⁹: cũ pcipue ipsius personę uitia in alicuius dãnum uerterent: si non essent accusata & castigata. In secũda uero rem ipsam reprehẽdendã adducemus: simulq; rationes oẽs: quę ipsi inuectioni uidebunt accõmodatę. In tertia uero: si amica erit nobis persona: ad benignũ aliquẽ sermonẽ conuertemur: ipsam monẽtes. ut a tali facinore desistat: quod si fecerit: omnẽ operã nr̃am offeremus: q̃libentissime paratã. Si uero inimica erit persona: beniuolentiã iterũ a nostra psona constituem⁹: dicẽtes: nos amplius no le in ipsum inimicum inuehi: ne potius propter odium id fecisse uideamur: q̃ ueritatem: sed q; in aliud tempus cętera uolumus dicenda reseruare. Propositio.

¶ Inuehatur Cicero in Luciũ catilinã: qui in patriam rempu. cõ
ırare parat. Exemplum. Pars. i.

¶ Nihil est Luci Catilina qd me magis hac tẽpestate sollicitet & intollerabili pene dolore conficiat: q̃ qd & multorũ sermonibus & litteris intellexi: te. s. in patriã tuã: p cuius deberes libertate libẽter uitam effundere: cõiurationẽ parare. quod pfecto inter cętera uitia scelestaq; facinora tanto detestabilius ẽ: quanto bonũ cõmune priuato meli⁹ nobiliusq; censet. Vnde nisi me amor summus: quo in te afficior: mutuaq; beniuolentia nostra impelleret: potius mihi tacẽdum q̃ ad te scribendũ existimarẽ: uolui tamen hęc pauca ad te mittere: ut quidnã potissimum hac in re sen serim apud te testatum relinquerem. ii. ¶ Quis furor? quę insania? quęue potius dementia te ad tantũ scelus peragendũ com mouere põt? Tu ne patrię filius: uel eius mẽbrum scelestas audebis in matrẽ uel potius corp⁹ tuũ manus inferre. lugentesq; pueros: lachrymãtes matronas: luctuosos ciues: lugubrẽ senatũ destructã remp. deorũq; pfanata poteris cernere templa? & qbus queso oculis ista cõspicies? Sed regiam inquies dignitatẽ quero dominatũ concupisco. Et quę per deũ immortalẽ potest esse dignitas: tali merito nomine decoranda? quis dominat⁹ honest⁹: q reip. lachrymis: bonorumq; ciuium depopulatione parcatur?

Ille quidē iudicio meo est honor existimādus: illa merito dignitas appellanda: quę in rempu. collatis meritis acquiritur. Nihil est enim: qd maioris fruct⁹ glorieq; esse possit: nec quicq̄ ex omnibus rebus humanis est preclarius atq; prestātius: q̄ de repub. bene mereri. Tu autem reip. oppressione immortalem tibi laudem parare speras? falleris (mihi crede) catilina ac longe deciperis. Vide ne dū tibi immortalitatē queris uitam amittas: atq; exiguam hanc existimationem quam tibi olim cōcitasti: foedissimo nomine deturpes ac dehonestes. iii. ℂ Repelle igitur a te inclementissimā uel potius nefariam mentem istam: ac reipub. incumbas: quę teq; tuosq; dignis ac preciosis quidem possit muneribus dignitatibusq; exornare ut omnibus grat⁹ omnibusq; iucundus existēs: in dulcissime tandem patrię sinu susceptus: diu faustus foelixq; uiuere possis. quod si facere uolueris: ut spero & opto: omnem tibi operā meā offero: in omnibus tuis optatis q̄ bētissime paratā. Vale.

ℂ Inuectiua cōtentionis.

ℂ Inuectiua epistola contētionis est illa: quę ad aliquā personā scribitur cuius ignorantiā reprehēdere uolum⁹: sup aliquo loco humano: super quo est nobis cum ea contentio: cuius epistolę talis est regula.

Regula.

ℂ Si inuectiuam epistolā contētionis ad aliquā personā scribere uoluerimus: cū qua nobis si controuersia: super aliquo loco studioso uel humano & ipsius in ea re ignorantiā reprehēdere uel accusare curauerimus: illā in partes tres similiter diuidemus. Et quāuis possimus ipam epistolā dirigere ad eā personā ad quam scribimus: melius tamē est ꝙ ipsam mittamus ad aliquē tertium apud quē tanq̄ iudicem res ista agatur. Sed ut cunq; sit: in prima parte epistolę ostēdemus sicut in superiori factū est: ꝙ non sitofficiū uel consuetudo nostra in tales cōtrouersias uenire: cū poti⁹ semper pacem & quietē amauerimus: & ꝙ sepenumero prouocati: ad ultimum usq; simus perpessi. Tamen dicemus: impresentiarum tantam esse aduersarii nostri insolentiam: quę precipue tendit ad honorem nostrum denigrandum: ꝙ nullo pacto am

plius tacere possimus: sed potius omnino uelimus rem istá agere apud ipsam personam: ad quam scribimus: ut propter bonitatem & prestantiá suam uelit super ea iudiciũ ferre. In secunda uero narrabimus breuiter & dilucide rem ipsam: super qua est inter nos exorta controuersia: simulq; recitabimus rationes nr̃as: ipsas confirmando: & per oppositum rationes aduersarii confutabimus. In tertia autem dicemus multa etiam alia nobis dicéda esse: quę tamen dicere nolumus: ne uideamur potius odio q̃ ueritate faciente: eius ignorátiam accusare: rogabimusq; amicũ nostrum: ut super his rebus imperitiam aduersarii nostri iudicet simulq; illi commendabimus nos: & ei offeremus omnem operam nostrá in omnibus paratam. Propositio.

¶ Inuehatur in batillũ gelius: q̃ impersonale uerbũ dicit numeris & personis carere. Exemplum. Pars. i.

¶ Nihil unq̃ a me magis alienum esse uolui: obseruádissime doctor: q̃ alienis detractionibus delectari: quę profecto iniquum semper & maliuolum hominis animum prę se ferũt: sed potius ab inimicis meis & ęmulis sępissime lacessitus: ad ultimum usq; perpessus sum ne inquinatissimis & impudentissimis eorũ male dictis respondere conatus: aliquid in me simile esse ostenderem: qđ me ad respondendũ alliceret. Sed cũ diebus istis uarias in me batillus contumelias coniectare non cesset: quę non solum ad litterariam controuersiam: sed ad honoris quoq; mei offensioné pertinent: statui non amplius silere: sed apud te iudicé peritissimum huiusmodi controuersiam agere. ii. ¶ Clamitat ignorantissimus iste nebulo: uerbum impersonale numeris & personis carere: cũ impersonale a personarũ carétia pręcipuę dicatur. nec sibi aliquo pacto p̃suadere potest impsonali uerbo numeros & p̃sonas accidere: qđ licet multis possem rationib9 & auctoritatibus approbare. uná tamé potissimũ adducá: quę inter cęteras facilior existimat̃. Certũ enim est uerbo personas & numeros accidere. accidétia aũt non cõmunia sed propria sunt uniuscuiusq; partis oratiõis: ita q̃ omnibus specieb9 sub suo genere cõtentis

cōuenire debent:ut prisciano placuit:ergo numerus & persona etiā uerbo impsonali accidet:uel impersonale uerbū non erit:sed cū impersonale uerbi species sit:relinquet ipsum etiā numeros et personas habere. Nec obstat eius dominatio:q scilicet a psona rum carentia impsonale dicatur. nam sicut mutę dicuntur litterę non quia omnino uoce careāt: sed q ad similitudinē cęterarū litterarū sint tanq̄ mutę:cum uocem minimam habeant:ita & impersonale dicitur:non q sine psonis sit sed q ad similitudinē personalis:illas distinctas habentis:sit tanq̄ sine personis:cum eas confusas habeat.iii. ❡ Plures quidem & alias possem huiusce ignorantissimi hominis ineptias scribere: quas dedita opera ptermittere statui:ne illas carpendo odiose potius:q̄ ueridice id facere uiderer. Tu igitur super his rebus sentētiā feres:qui latinitatis nostrę lumen existis: & me tibi commendatum habebis: cui ego omnē operam meam offero: in omnibus uotis tuis q̄libentissime accommodatam. Vale.

❡ Expurgatiuum genus. Caput. xiii.

e Xpurgatiuum genus est illud:quod fit: quotiensciiq; aliquid nobis obiectū expurgare uolumus: uel quū circa rem aliquam:quę nobis posset opponi: excusationem nostram exponere conamur: & huius generis species similiter sunt duę:una scilicet criminis. altera uero contentionis.

Expurgatiua.

Criminis. Contentionis.

❡ Expurgatiua epla criminis est illa:quę ad aliquam personam scribit:amicā uel inimicam:a qua fuerimus aut remisse aut excādescenter pro aliquo scelere uel flagitio accusati: Cuius quidem epistolę talis est regula. Regula.

❡ Si expurgatiuam epistolā criminis ad aliquā personā scribere uoluerimus:primo scire debemus q ista epistola dupliciter fieri potest: uno scilicet modo remisse: & altero excandescenter. Remisse scribitur hec epla: quando apud amicū nos uolumus excusare,p aliquo crimine: cuiᵒ etiā ipe nos remisse īsimulauerit

& tũc hec epl'a potius excusatoria dicit̃. Excandescẽter aũt hec epl'a scribitur: quãdo aut apud inimicũ nos defendere uolumus ab aliquo crimine obiecto: aut apud aliquã tertiã personã: quod usitatius est. Sed quocunq3 modo fiat ipa epl'a: eam in tres potissimũ partes diuidere solemus. In quarũ prima: per aliquã rationabilẽ causam: aut ueram: aut saltem uerisimilẽ nos excusam⁹ ab eo crimine: quod fuerit obiectũ dicẽtes aut hoc nõ esse uerũ: quod ab ipsa persona scribatur: aut per imprudentiã uel ignorantiam & nõ maliciose id fecisse: quod nobis uitio ascribitur. In secunda uero aut remisse aut excãdescenter: s̃m epistole misse naturam: ipam personam: ad quã scribim⁹: uel tali uel alio uitio criminabimur: dicentes. ꝙ boni uiri officium est: antequã alios reprehendat seipm inspicere: nec cecus cecum illudat. In tertia aũt & ultima: si remissa fuerit epl'a: promittemus amico nr̃o: in tale crimen amplius nõ esse lapsuros: simulq3 cohortabimur eũ: ne & ipse in talẽ culpã incidat cuius eũ accusauerimus quia eodem illũ crimine cõdẽnabimus: cui etiã offeremus oẽm operã nr̃am in oĩbus suis optatis merito paratam. Sed si excandescẽs fuerit epistola: cohortabimur personã illã: ad quam scribimus: ut deinceps a detractiõe desistat: quia si que uult dicere perrexerit: que nõ uult: fortasse audiet. Vel si ad tertiã p̃sonã scribat̃ epl'a: possumus sic̃ inimicũ admonere: ut a maledicẽdo se abstineat: deinde excusabimus nos: si contra uiri boni officiũ inimico detraxerimus: dicentes: quod hoc ex iniquitate nõ fecerimus: sed potius ut suis maledictis finem aliquando iponeremus. Propositio.

¶ Expurget se. L. catilina a cõiurationis crimine: cuius fuerat a Cicerone insimulatus. Exemplum. pars. i.

¶ Ea semper fuit conditio mea patres conscripti: ut maliuolos penitus hoĩes: alieneq3 fame seuissimos obtrectatores abhorrerẽ: nihilq3 magis uiro bono detestabile existimarem: q̃ mordaci quodam liuore aliena carpere ac lacerare: hacq3 tamdiu in sententia permansi: ꝙ a plerisq3 sepenumero lacessitus: ad ultimũ usq3 ꝑpessus sum. Sed cum dieb⁹ istis ab inuidissimo huius

cemodi rabula:omniūq3 bonorū inimicissimo:assiduis obtrectationibus prouocatus sim:dissimulaui quo ad potui:ne si maledictis omnibus responderē:in idem procacitatis uitium inciderem:quod impudētissimus iste scurra nō erubescit:cum tantū adhuc quottidianis me conuitiis suis lacerare nō desistat:bona cum uestra uenia patres conscripti:in uocem tandem erumpere statui:atq3 uno (ut aiunt) labore:duas erumnas soluere:& maledictis scilicet carnificis huius respondere & ei⁹ uobis scelestissimam conditionē aperire:quo manifestius scire possitis:quantū sit eius calidissimis dictis fidei adhibendū. Exclamat bonorum oīum inuidissimus iste calūniator:catalinā bonum optimūq3 ciuem in patriam cōiurasse:quę quondā nō opibus solum:sed & sanguine proprio a suis semper progenitoribus seruata est. Exclamat inquilinus contra patriciū rem scilicet publicā suam:suāq3:cuius ab urbe condita ad hęc usq3 tēpora mēbrū semper extitit:destruere conari:tanq̄ alter alteri inter se corpis artus rebelles essent. Huic ne sceleri patres cōscripti credendū censetis?qui tanq̄ cōperta foret hęc coniuratio:in coniurationē inuehit?qua queso cōiectura?quibus signis?quo ue mouēte id percipere potuit?nisi fortasse suorū cōsciētia scelerū:quod in se uidet delyrus senex in aliis suspicet:qui nullū unq̄ bonum ciuem amare potuit:sed oībus semper infensus:die noctuq3 insidias parare cōtendit:quo se oībus uilissimus arpinas pferre possit.ii. ¶ Videte queso patres conscripti:q̄tum sit huic pessimo uiro fidei adhibendū:ut aliquātisper ad eius scelesta facinora me conuertā. Nuper enī cū albis pedibus hanc se in urbem contulisset:ac inani quadam eloquentia sua fretus:pauperrimorū in se animos conuertisset:suis adeo eos illecebris spoliauit:ut nihil ipis amplius reliquū fecerit Hinc ex inopia subito in maximas diuitias dolose excreuit hinc domus:hinc agri:possessiones serui:clientes:quę oīa tam cito sibi parare nō potuisset:nisi insidiis:quibus abundat:pauperrimę plebis bona surripuisset. Ex hac igitur foedissima opulentia tāta superbia excreuit:ut patricio quoq3 ordini infensus:nō illi solum

molestus esse:uerūetiam eum pro uiribus destruere conetur.iii.
¶ Attingerē,pfecto reliqua nefanda huiusce Nebulonis facinora:& plurima qđ:nisi benignissimas aures uřas tali cōmemoratione offendere dubitarē:uidi enī grauiᵘ auditorū animos offēdere:qui aliena flagitia apte dixere::q̄ eos qui cōmisere:proinde ea dedita opera subticebo:uestrū tamē est:res istas equo aīo cognoscere:ac ciuē uestrū ab huiusce rabulę insidiis liberare.

¶ Expurgatiua contentionis.

¶ Expurgatiua epl'a cōtentiōis ē illa:quę ad aliquā psonā scribitē a qua reprehēsi fuerimᵘ sup aliquo loco humano:sup quo fuerit inter nos cōtentio:cuius eplę talis est regula. Regula.

¶ Si expurgatiuā eplam cōtentionis ad aliquā personā scribere uoluerimus:a qua fuerimus reprehensi super aliquo loco:super quo inter nos fuerit aliqua cōtrouersia.Scire prius debemus:qđ ut plurimū talis epistola scribitur ad aliquā tertiā personam:pro ut epistola superior:apud quam huiuscemodi controuersia tractatur:sed nihilominᵘ potest ad ipam personam propriā dirigi ad quā scribere intendimus.Sed ut cunq3 sit:epl'a ista similiter in tres potissimū partes diuidetur.In quarum prima faciemus priᵘ exordium:declarantes qua causa simus incitati ad respōdendū illi:ad quem scribere uolumus:uel de quo loqui intendimus & quod licet nō sit nostra cōsuetudo altercari:& pręcipue cū hominibus malis & ignorātibus:tamē ne tacendo uideamur consentire suis detractionibᵘ:uoluerimus illi respōdere.Et tūc adducemᵘ rōnes aduersarii nři:quas ipe scripserit:& illas cōfutabimᵘ:prout melius poterimus.In secunda uero parte:ex opposito demonstrabimus aliquam ignorantiā aduersarii nři:quę oibus sit manifesta:& tñ cū omni moderatiōe conabimur in ipm inuehi:ostendentes eum penitus esse litterarū oium uel rerū expertem. In ultima aūt dicemus:qđ licet plura essent de tali homine dicēda:quę ipius ignorantiam apperuissent:tamen uolumus ea oia recitare:ne uideamur potius propter odium:q̄ propter rei ueritatē:in ipm inuehi:simulq3 dicemᵘ nos uoluisse hūc amicū nřm

tanq̃ rerũ istarũ iudicẽ cõstituere:ut ipe itelligat:qua causa fueri mus ad scribendũ incitati:cui etiam offeremus oẽm operam nostram in oĩbus eius amici uotis q̃libentissime paratam & pe nitus accomodatam. Propositio.

¶ Expurget se batillus ab ignorãtia:cui⁹ fuerat accusat⁹ a gelio.

Exemplum. pars.i.

¶ Accusatus a gelio sępenumero ignorantię doctor excellen tissime:nõ solum super quibusdã humanis locis:in quibus iã per multos dies inuicem disceptauim⁹:sed fere super oĩbus quę do ctum uirũ intelligere decet:licet ĩgratis in hãc(ut ita dixerim) sanguinariã palestrã descendam:nõ possum tamẽ differre quin respondeã:ne secundũ publii minimo graphi sententiã:ueteres ferendo iniurias:nouas inuitem:& profecto nihil mihi gratius est q̃ coram excellentia tua huiuscemodi controuersiã agitari quę & totius humanitatis & utriusq; uirtutis laureã consecuta e. Accusat me simplicissimus iste nebulo quod uerbum impersonale dixerim numeris & personis deficere: tanq̃ rem falsam: & ab omni penitus ueritate semotã:nititurq; hoc Prisciani auctoritate probare:dicentis ideo personas & numeros impersonali accidere:quia accidentia generalia debent esse oĩbus suis specie bus. Cui licet respõdere nõ deberẽ:tanquã ignaro & rudissimo uiro tamẽ uolo ipm liberalitatis meę participẽ fieri:ei q; declara re:qd hactenus percipere nõ potuit. Accidentia duobus modis accipiunt:scilicet ppriẽ & cõiter:si ppria dicimus esse accidẽtia uerbi:tunc uerum est q; oĩbus suis speciebus cõuenire debẽt:& hoc modo uerbũ ipersonale numeros & psonas hẽbit. Si uero cõmunia tunc uerbũ ipersonale:ut a personali distinguat:nume ris (ut ego existimo) & psonis carebit.ii. ¶ Hoc uolui ipi cõdo nasse munus. Sed in reliquis cũ tali uiro silentiũ potius q̃ orõnẽ mihi statuo laudabiliorẽ:nõ enĩ mihi esset honori cum tali uiro diutius cõtẽderet:qui etiã prima grãmaticę rudimenta ignorat: quiq; nihil unq̃ de se boni pstitit:nisi plagiario quodã furta mul ta etiã enormiter elaborata:quę oĩa si narrare uellẽ:uideret po

tius ex maliuolentia q̃ rei ueritate: in ip̃m inuehi. iii. ¶ Dimittam igit̃ q̃d dicendũ erat: in aliud tẽpus aperiendũ si me lędere perse uerabit: tua tamẽ prestantia bene cognita utriusq̧ sentẽtia sapiẽ tissimũ: ut eius moris est iudicium feret: cui me in oĩbus uotis su is offero paratissimum. Vale.

¶ Domesticum genus. Capt. xv.

d Omesticum genus est illud quod fit cõmuniter: quã do de rebus nostris domesticis ac familiarib⁹: aliquẽ amicum admonere intendimus & huius generis spe cies sũt duę. Vna scilicet de ꝓprio statu. altera uero de negociis.

Domestica.

De proprio statu. De negociis.

¶ Domestica epistola de proprio statu est illa: que ad aliquam ꝑsonã scribit̃: quã de salute aut ęgritudine nr̃a uel aliena admo/ nere uolumus: cuius ep̃le talis est regula. Regula.

¶ Si domesticã epistolã de proprio statu ad aliquam personã scribere uoluerimus. quam admonere intẽdimus de nostra uel aliena salute aut ęgritudine illam in tres partes diuidere debe/ mus. In quarũ prima ꝑm consuetudinem Ciceronis: solem⁹ istã uel ei similẽ clausulã apponere. Si uales: bene est: ego quidẽ ua/ leo In secunda uero recitamus dilucide ac breuiter: uel salutem nostrã: uel salutis reparationẽ: si ęgroti fuerimus: uel forte etiam ęgritudinẽ alicuius amici uel cognati nostri: & quo pacto se in principio ęgritudinis habuerit: & tandẽ quibus mediis sit libera tus: semper in oĩbus his deo gratias agentes: qui sic fieri uolue/ rit. Vel etiam si casus acciderit: scribemus de conditione nostra uel in paratis opibus uel in dignitate quesita: ita ut uideamur: de his rebus amicum admonere: qui uel letari ul' dolere debeat de utraq̧ fortuna nostra. In tertia aũt & ultima solemus apponere huiuscemodi clausulas. Vale. & me ames: ut solitus es: uel & me nõ diligas: sed ames: quia ita me dii ament: ego nõ solum te dili go: sed obseruo. Possumus etiam si uolumus ante tales clausu/ las addere opere nostrę in oĩb⁹ oblationem: quemadmodũ in

otium ferme epistolarũ fine seruatur. Propositio.

¶ Admoneat Curius Scipionẽ de salute sua: quã post grauem egritudinem reparauit. Exemplum. pars.i.

¶ Si uales: bene est: ego equidẽ bonitate dei optimi in hũc usq diem satis ualeo: & cõualescere incipio.ii. ¶ Miratus es fortasse Scipio: quod cũ semp ãtea creberrimas ad te litteras dare solit⁹ essem: nullas tamen iam multis diebus dederim: & forte negligentiã in me ueritus: me neglĩgẽtię criminis insimulasti, qd ut tibi huiusce rei causam aperiam: nõ negligẽtia factum esse scias: sed ęgritudine potius & morbo ĩpediẽte: qui cũ me diebus exactis exasperate cuiusdã febris paroxismo occupasset: in tantã debilitatẽ corporis deduxit: ut uix mihi spiritus ipse superesset ad uitam. unde desperatis rebus cum iam animã deo: miserrimaq corporis mẽbra medicis cõmẽdassem: expectabã pauperrim⁹ homo ultimam horam: qua mihi ex hoc mundo migrandum esset. Sed uolente deo cuius benignitate cuncta regũtur: nõ sine tamen magna difficultate: & numerosa pecunia sum in pristinã salutem restitutus: debileq quondã corpus respirare coepit: spero q in dies melius cõualescere. Hac igitur egritudine ĩpediẽte: nõ potui officio in te meo satisfacere: qd tamẽ nunc restituta salute exequi uolui. Te igitur nunc admoneo me satis saluũ esse atq incolumẽ: indiesq melius habiturũ: necnõ percupidũ esse de statu tuo oiumq tuorum aliquid pcipiendi: quos oẽs fauste foeliciterq ualere semper exopto: quibus etiam me offero in oib⁹ paratum. Vale. & me ut facis ama: ualitudinemq tuam cura diligenter. ¶ Domestica de negociis.

¶ Domestica epistola de negotiis est illa quę ad aliquam persõnam scribit: quã familiariter de nogotiis nostris admonere uolumus. cuius epistolę talis est regula. Regula.

¶ Si domesticã eplãm de negotiis ad aliquã psõnã scribere uoluerimus quã admonere cupimus de successione alicuius familiaris negotii: quod ad nos uel ad ipsam pertineat: illã similiter in partes tres diuidemus. In quarum prima clausulã aliquam supe

riori similé ponem⁹:quia istę clausulę maxime sunt cõmunes ad huiuscemodi epistolas incipiendas. In secunda uero subito ad negociorũ nostrorũ narrationé accedem⁹:ea breuiter dilucide & aperte narrantes:nihil tamen pretermittentes quod ad ipam rem facere uideatur. In tertia aũt cõclusionem nostrã faciemus:dicentes.ꝙ uoluerimus ipm amicum de tali negotio admonere: quia scimus utramq; fortunam nostrã illi esse cõmuné propter amorem & beniuolentiã qua in nos afficitur:simulq; adiungemus cõmunes clausulas finales:offerendo scilicet operã nostrã ipi amico paratam:& addendo similes clausulas prioribus:qua lis est ista. Vale. & me toto corde perames.ego eni(ne mẽtiar) te mihi charissimum habeo. Propositio.

¶ Admoneat Lucilium Valerius de familiaris negotii sui expeditione. Exemplum. pars.i.

¶ Si uales:bene ẽ:ego quidẽ ualeo:& te quoq; ualere cupio.ii.

¶ Scio me tibi hodie Lucili charissime:tanto iucundioré nũcium esse laturũ:quanto maior est amor & beniuolentia in me tua:quę utrãq; semp existimauit fortunã nobis esse cõmunem. Exagitata tãdẽ:& per aduersarios meos uariis calũniis in lõgũ deducta causa mea:quę diebus exactis me sepissime male habebat:ac animũ meũ diuerse trahens:non min⁹ timoris q̃ sollicitudinis afferebat:demũ kalẽdismartiis:summo cũ oĩum applausu cuiuum:ab ęquissimis iudicibus:ex sententia nostra fuit expedita:aduersariiq; nostri etiam maximo clamore conuitioq; iactati ac penitus repulsi. Qua in re tam diis imortalibus q̃ etiã amicorum humanitati:qui mihi benignissimas tulere suppetias:perpetuam scio me gratiã debiturũ.iii. ¶ Ab omnibus igitur quas quottidie molestias patiebar:liberatus:tranquillum quietumq; animum meum deinceps ad ea penitus studia nostra reducam: quibus secundę res ornantur:aduersę adiuuãtur:referãq; me ad eum cõsuetudinis nostrę iucũdissimũ fructum capiendum:quo antea utriq; nostrũ perfrui licebat:ut mihi uoluptaté & gaudiũ: tibi uero non minus solatii adiungam:cui etiam omnem operã

meam offero:in omnibus optatis tuis q̃libentiſſime paratā. Vale. & ualitudinē tuā cura diligēter:ac me mutuo:ut facis: diligas.

¶ Commune genus. Caput.xvi.

Commune genus eſt illud quod fit quotienſcunq̧ ad amicum ſcribere uolumus: ut eū per litteras nr̄as uiſitemus:etiā ſi nihil accidat:quod ſcribēdi materiā preſtet: & hoc genus ſimiliter in duas ſpecies diuiſum eſt. quarum una eſt de proprio ſtatu.altera uero de negotiis.

Communis.

De proprio ſtatu. De negotiis.

¶ Communis epiſtola de proprio ſtatu eſt illa: que ad aliquā perſonā ſcribitur:quam licet nullū nobis argumentū ſcribēdi datum ſit:tamē per litteras uiſitare uolumus: & pro ipſarū argumēto:de noſtra tantum ſalute:illam admonemus: cuius epiſtole regula eſt regula. Regula.

¶ Si cōmunem epiſtolam de proprio ſtatu ad aliquā perſonā ſcribere uoluerimus: quā per litteras noſtras uiſitare intendimᵒ: & tamē nullū eſt nobis ſcribendi argumentū relictū:illam in tres potiſſimum ptes diuidemᵒ. In quarū prima a perſona noſtra beniuolētiā captabimᵒ dicētes: q̄ licet nulla accidat nobis materia propter quā ſimus incitati ac ſcribendū ad ipſum amicū: tamen propter beniuolentiā & amorē:quo in ipm̄ afficimur:nō poſſumus deſiſtere a ſcribendo:tum ut ipe ex litteris noſtris aliquā uoluptatē capiat:tum ut ex eius reſponſione nos ſimiliter iucunditatē percipiamus: cū precipue nulla ſit res que magis abſentes amicos preſentes faciat q̄ epiſtola. In ſecūda uero declarabimus ei ſalutē noſtrā:ſimiliter de eius ſalute aliquid ſcire cupientes quā deū rogabimus perpetuam eſſe & foelicē ſeruari. In tertia autē rogabimus ipm̄ amicū: ad quē ſcribimus:ut uelit ſepiſſime nos litteris ſuis uiſitare.ex qbᵒ intelligamᵒ de eius ſtatu et ſalute:& ex tali intelligētia iucūditatē capiamus. Cui etiā ut in aliis epl̄is fieri cōſuetū eſt offeremus oēm operā r̄ r̄am:in oibus ſuis optatis q̄libentiſſime accommodatam. Propoſitio.

❡ Scribat ad Ciceronem Curio: illũ de salute sua: ac omniũ suorũ certiorem faciẽs. Exemplum. Pars. i.

❡ Licet nullũ mihi scribendi argumentũ datum sit suauissime cicero: quo potissimũ diebus istis uti possim: ut ad te aliquid scribam: quia neq; in publicis neq; in priuatis negotiis nostris nihil sane noui in hunc usq; diem euenit. Est tamẽ tantus amor & beniuolentia: qua in te afficior: ut nullum unq̃ possim uel minimũ nuncium preterire: quem ad te peruenturum putem: cui litteras meas ad te non tradam: ut iis perlectis talem inde iucunditatem capias: qualẽ ego quoq; pcipio: quũ tuas litteras uideo. ii. ❡ Cũ igitur noster phania sit propediẽ hanc in ciuitatem pfecturus: ut quibusdam negotiis suis finẽ imponat: statui has ei ad te litteras dare: ex quibus intelliges: me dei bonitate & clemẽtia: cũ omnibus meis saluũ esse atq; incolumẽ: quod etiam de te: tuisq; omnibus scire desidero. nam profecto nihil mihi charius accidere potest: nihil gratius: nihilue iucundius: q̃ de te & tuo foelici statu: ac secunda fortuna intelligere. is enim amor hoc me facere cogit: quo ab ineũte etate uterq; nostrũ deuinctus est. iii. ❡ Quem ut diutius integrum & perpetuum seruare possimus: te rogo: ut etiam me aliquãdo tuis litteris inuisere uelis: ut resarcita hac cõsuetudine nostra per litteras: quę interuallo locorum ac temporum: uidetur aliquantulum labefactari: possimus simul beatam uitam ducere. Quod ut sępius facias: te rogo atq; oro: cui etiam ut semp feci: omnẽ operã meã offero: in oibus optatis tuis q̃libẽtissime paratam. Vale.

❡ Communis de negotiis.

❡ Cõmunis epistola de negotiis: quę etiã uulgaris appellatur ẽ illa: quę ad aliquã personam scribitur: ad quã similiter: cũ nullum scribendi argumentũ reliquum sit: litteras tamen pro confirmatione amicitię nostrę scribere uolumus: & de aliqua re occurrente: quę tamen ad nos non pertineat: uel pauci sit momenti: ipam certiorẽ reddere cupimus: cuiꝰ eplę talis est regula. Regula

❡ Si communem epistolam de negotiis ad aliquã personam scribere uoluerimus: quam licet nullum sit nobis datum scriben

di argumentū:tamē pro confirmatione amicitię nostrę:uolum⁹ de aliqua re occurrente certiorem facere: aut de nouitate: uel ne gotio aliquo quod tamē ad nos non pertine at:illā in partes tres similiter diuidem⁹. In quarum prima: quia causa potissimum ad scribendum incitati simus: per exordium quodpiam declarabimus. ostendentes: q licet nulla nobis occurrat materia: quę necessario nos ad scribendum impellat ut tamen absentem amicū per litteras uisitemus: ad amicitiam confirmandam: quę aliquātulū propter diuturnā absentiam uidetur labefactari: uolumus ad ipm amicū litteras nr̄as dare: quib⁹ perlectis: talē iucunditatē ipse recipiat qualē nos ex suis litteris recipere solemus. In secūda uero amicū nostrū accōmodatis uerbis salutabimus: & si quid forte diebus ipsis noui acciderit: illud breuiter dilucideq; ei narrabimus: ut uideamur etiā nobis curę esse: amicū ipm reddere certiorē de aliqbus rebus: quę nouiter in ipsa ciuitate uel regione acciderint: quia ut plurimū omnes sumus facile inclinati ad noua intelligenda. In tertia autē nos omnia q nostra amico offerim⁹ quemadmodū in aliis ep̄lis fieri cōsueuit: nos q illi cōmēdabim⁹ rogantes q ceteris quoq; amicis nostris nostro nomine salutes uelit impartiri. Propositio.

¶ Scribat ad semproniū lucilius: de rebus occurrentibus illum certiorem faciens. Exemplum. Pars.i.

¶ Licet ad te antea nullas dederim litteras: sepronī charissime: id nō causę fuit: q̄ tui obliuionē coeperim: sed ea potius: quę alios sibi a scribendo retinere solet: quia. s. nullū mihi scribēdi argumentū dabat: quo te l̄ris meis reuisere incitarer. Nūc autē dante se scribēdi opportunitate: has breues statui ad te mittere qb⁹ primū nos oēs saluos sup stiteseq in hūc usq diē tibi esse significo: ea potissimū dei bonitate concedēte que cuncta mortaliū negotia disposuit & moderat: cuius etiā maiestatē exoro: ut de te quoq; ac omnibus tuis idē sentire possim: quos oēs semp diuq; faustos cupio foelicesq; futuros. ii. ¶ Harū autē argumentū potissimū quo nunc precipue ad scribēdum incitatus sum: huiusmodi esse

ſcias. Cū.n.iaſonis:uiri ꝑcipui ac ſingularis & non immerito iu-
re conſultorū principis:fama cōpulſus:ex patria mea in urbē pa
tauinā me cōtulerim:ut eo legēte:ad ceſareū ius aditū impetrare
poſſem iiſqꝫ maxime codicib⁹ indigeā:qui (ut fama refert) iſthic
uenetiis apd publicos impreſſores abundanter reperiunt:te pro
uirib⁹ meis exoratū uelim:ut iuris ciuilis textus:cum bartoli diui
nis cōmentariis:meo noīe emere cures: ad meqꝫ fideli uelis nun
cio tranſmittere:ſcribaſqꝫ: qd potiſſimū pecunię expoſueris: nā
p eundē ſi uolueris nunciū eam tibi remittendā curabo:habeoqꝫ
tibi gratias immortales:qui ſic neceſſitati meę operam tuā beni
gne preſtiteris.iii. ¶ Bene uale amicorum optime: & me non di
ligas ſed amas:atqꝫ antonio cornelio noſtro meo nomine plu-
res ſalutes dicito : cęteroſqꝫ amicos omnis nr̄is uerbis plurimū
ſalutato:qbus omnib⁹:& tibi in primis:omnia mea bona:meqꝫ
in primis ipm:& cōmendo:& trado:atqꝫ dedo. Iterū. Vale.

¶ Iocoſum genus. Caput xvii.

Iocoſum genus eſt illud: quod fit. quotienſcunqꝫ io-
coſe & familiariter ad amicos : animi cauſa excitādi
ſcribere uolumus: & huius generis ſpecies ſunt duę.
una.ſ.de ſe. altera uero de alio:uel de tertia uel ſecunda perſona.

Iocoſa

De ſe. De alio.

Iocſa de ſe.

¶ Iocoſa epiſtola de ſe eſt illa: quę ad aliquam perſonam ſcribi
tur: cum qua familiariter iocari uolumus: ſuper aliqua re: quę
in perſona noſtra acciderit: cuius epiſtolę talis eſt regula.

Regula.

¶ Si iocoſam epiſtolā de ſe ad aliquā pſonā ſcribere uoluerim⁹:
cum qua familiariter iocari cupimus in perſona noſtra:illū potiſ
ſimū in tres partes diuidemus. In quarū prima: aut uere: aut ueri
ſimiliter declarabimus aliquā rem ridiculā uel iocoſam : quę no-
bis acciderit: & penitus ad earū rerū ꝓpoſitū faciat de qbus po
ſtea dicturi ſumus:ita ut amicū ipm ad riſū incitemus: qa nulla ē

epistola familiarior ista: quę sępenumero etiam in rebus grauibus & arduis aliis epistolis admisceri solet: ut dicemus in epl'a mixta. Sed in secunda parte epistolę oportebit nos a talibus iocis subito redire ad rem seriã: ne nimiũ iocãdo histriones esse uideamur. In tertia aũt s'm cõsuetudinẽ aliarum epistolarũ offeremus amico nr'o oẽm operã nr'am: in omnibus suis optatis libentissime accõmodatã. Sed scire debemus. quod istud genus epl'ę potius est mixtum: q̃ simplex: quia semper iter alias epl'arũ clausulas solemus huiuscemodi potius iocos miscere: q̃ simpl'r totam epistolã iocosam scribere. Propositio.

¶ Iocetur Fabius cum Antonio: qui uerebatur: ipsum in exercitu contra hostes potius timidum: q̃ fortem futurum.

Exemplum. pars. i.

¶ Nõ miror antoni: si in hoc acerrimo bello: quod contra parthos suscepimus: me potius timidum: q̃ magnanimũ futurũ uereris: quia soleo ego nunq̃ matutinũ bellum inchoare: nisi prius optima facta sentatione bene dormiuerim: ut fiant uires tanto robustiores: hac adiuuante quiete: quãto prius propter loborẽ fuerãt imbecilliores effectę: & tamen adhuc euigilans uix stare possum q̃d tibi forte talẽ timendi causam p̄bet. Sed ne amplius hãc bellicitatẽ meã uerearis: addam intẽtioni meę bonũ maruisium: optima'q3 casei crustas quas gerardus ueronensis medic⁹ noster deuorare solebat: cũ longũ pedibus iter aggrederet': ut consolidatis pedũ basibus nihil tibi de me sit reliquũ timoris. ii.

¶ Sed cupio tecũ corã iocari. Illud uelim intelligis: expeditionẽ mihi istã tãte curę esse: ut per deũ imortalẽ: etiã ciborũ quãdoq3 oblit⁹ sim: ut reipublicę utilitatẽ curare possim: quã tamẽ dieb⁹ istis tanto sudore consecutus sum: ut in aciem milites sepius educens: nõ obscure demõstrauerim: quid patrię pietati debeatur: & quid de me deinceps sperandũ sit: quod ego nũc ad te nõ scribo: quia paucis post diebus: ad senatum sup hac re l'ras publice mittam. iii.

¶ Tu interim bene ualeto: & deum exora. ut res ad uota succedant: quia nunquã reipublicę operã meã negabo etiã

ſi mihi millies moriendum eſſet. Iterum bene uale: & me ſcito: ſicut antea ſemper in omnibus uotis & iuſſis tuis eſſe q̃ paratiſſimum.

¶ Iocoſa de alio.

¶ Iocoſa ep̃la de alio eſt illa: quę ad aliquã pſonã ſcribit᷑: cũ qua ſimiliter domeſtice iocari uolum⁹: ſup aliqua re: quę in pſona aliena acciderit: cuius epiſtolę talis eſt regula. Regula.

¶ Si iocoſam epiſtolã de alio ſcribere uoluerimus ad aliquem amicũ: cum quo iocari intendimus ſuper aliqua re: quę nõ in perſona noſtra ſed aliena contigerit: illam ſimiliter in tres partes diuidemus. In quarũ prima uero uel ficto ſed uериſimili tamen ioco: aut in eam perſonam inuehemur: ad quam ſcribimus: aut in aliquam aliam: de qua ſcribere intendimus. dummodo talis ioсus ſit ad eas res accommodatus: de quibus poſtea in ipſa epiſtola mentionem facere intendimus. In ſecunda uero ſubito ſimiliter ad rem ipſam ſeriam conuertemur: ne nimium fabuloſi eſſe uideamur: narrabimuſq; ea: quę a nobis ſcribẽda erant ipa cũ ſu periob⁹ adaptādo: ne uideamur diuertere ab eo q̃d ſuperius diximus. In tertia aũt utemur cõmunibus clauſulis: quę ſolent in domeſticis epiſtolis ad amicos ſcribi: quia hęc ep̃la iocoſa etiã cũ domeſticis aliq̃ñ numerari ſolet: quãuis ut diximus: potius habeat naturã mixtam q̃ ſimplicem. Propoſitio.

¶ Iocetur quintilius cum ualerio: qui raras ad eum litteras dare ſolitus eſt. Exemplum. Pars. i.

¶ Conſideranti mihi diebus iſtis ualeri chariſſime: q̃ negligens in ſcribẽdo fores: cũ nullas adhuc poſt diſceſſum tuum mihi l̃ras dederis: facile illa incidebat ſuſpitio in quã etiã bilbilitanus ſępius uates incidere ſolebat: quũ clientulũ nihil patrono porrigẽtem: chyragra laborare ſuſpicabat᷑. Ego quidẽ te ſemp antea adeo in ſcribendo diligentẽ cognoſcebã: ut quem tecũ cõferre poſſem: haberẽ pfecto neminẽ. nũc aũt cũ nullas amplius ad me litteras te dare uideã: & ad eũ pręcipue qui maxime ĩparum percupidus eſt: nõ poſſum non ſuſpicari: te in chyragrę fortaſſe morbũ incidiſſe: q̃ manus tuas quondã ad ſcribẽdũ prõptiſſimas: tardiores

efficiat. Quod si uerum est (ut opinor) aut esculapium consulas: qui te ab infesta huiuscemodi egritudine liberet: calamumq; tibi nunc graue facilem deinceps reddat: uel si omnino incurabilis e hec egritudo: quod manibus facere non potes: id salte pedu offi cio perficias. ii. ❡ Sed cupio tecum cora iocari. Illud mihi gra tissimum feceris: si post ista negocia tua: que animum tuu diuer se trahut: sepius ad me litteras miseris: quib⁹ & de tua imprimis salute: & de his que istic agunt: certior fieri possim. Nosti. n. ani mu: mente: studium meu: i his pcipue pnoscedis: que ad rempu. attinet qd si me crebro certiore reddes nihil e: qd a te magis hoc tpe impetrare cotenda. Ego quoq; in huiuscemodi scribedi ge nere te saturare spero p serti si studiu meu no aspnaberis. iii. ❡ Va le igit: & si qd est: qd mea tibi opera pdesse possit: utere: cu uo lueris ecce me tibi ad omnia optata tua libentissime paratum

❡ Commissiuum genus. Caput. xviii.

Ommissiuum genus est illud: quod fit quotiensciiq; ad aliqua persona scribere uolumus cui sup negotiis nris expediedis mandatu aliqd dare intedimus: & hu ius generis sil' spes sunt due. Vna. s. generalis & altera pticularis.

Commissiua.

Generalis. Particularis.

❡ Commissiua epistola generalis est illa: que ad aliquam perso nam scribitur: cui generaliter sup omnib⁹ negotiis nostris in ali qua regione uel ciuitate expediendis: generale madatu dare uo lumus: cuius epistole talis est regula. Regula.

❡ Si comissiua epistola generale ad aliqua persona scribere uo luerimus: cui sup omnibus negotiis nostris: ta particularib⁹ q ge neralibus: in aliqua regione: siue ciuitate tractandis: uolumus ge nerale mandatu: uel comissione dare: illam in partes quattuor principaliter diuidemus. In quaru prima: prius tanq p exordium beniuoletia captabimus ab ea persona ad qua scribimus: ostede tes quatam fiducia habeam⁹ in ipa: ppter fide & integritate sua: qd bene tractabit ipa negocia nra que ei uolumus comittere: de

inde ponemus spem: quã habeamus in ipo amico: quod ppter amorẽ & beniuolẽtiã: qua in nos afficit: bene & diligẽter omnia tractabit. In secunda uero negocia nr̃a narrabimus: cuiusmodi sint: & cũ quo: & ubi peragenda: ut sciat ipse amicus noster: qd potissimũ nr̃a causa exeq debeat. In tertia ãt ponem⁹ auctoritatẽ quã tali amico tradere uolum⁹: sup ipis negotiis pertractãdis cũ oib⁹ clausulis: q̃ quidẽ eẽ necessarię ad forẽses cãs pagẽdas. In q̃rta uero & ultima ponem⁹ gratificationẽ nr̃am: dicẽtes. nos uelle ea firma tenere: que p ipm amicũ nr̃m fuerint in talibus negotiis nr̃is expedita: adiũgentes aliquã poenã uel obligationem bonorũ nr̃orũ: put nobis magis uidebit & ipsis reb⁹ & amico cõuenire. Addẽtes deĩde diẽ & annũ: quo tales lr̃ę scriptę fuerint titulo aut signo consueto. Propositio

Cõmittat Sipioni Cicero uices suas in omnibus negotiis suis romę peragendis. Exemplum. Pars. i.

Nihil ẽ tã arduũ: tãq̃ difficile Scipio charissime: qđ ego tui cã nõ libẽter subirẽ: quia sic amor & beniuolẽtia nr̃a postulat & reqrit. Vñ efficit ut de te quoq̃ nõ minorẽ fiduciã habeã: q̃ in oib⁹ negotiis meis peragẽdis: in qbus mihi possis operã tuã p̃stare: ĩ lã fidelissimã exactissimãq̃ a te expectẽ. Quapropter eũ multa mihi sint hac in ciuitate negotia peragẽda: que ego nũc potissimũ expedire nõ possum: cũ regẽde huius puĩcię põdere simi pedit⁹: statui ea tibi cõmittere: ut qa pñs oĩa facili⁹ agere potes: ea cõmodius expedias: in quorũ oĩum pactiõe: ut nemine obstãte uicẽ & auctoritatẽ meã subeas: p p̃ntes lr̃as te mecũ pcuratorẽ ac nũciũ spẽlẽ cõstituo. ii. Et spẽliter sup ea cã: q̃ mihi ẽ cũ marco antonio in controuersia: quã etiã credo tibi notissimã esse. iii. Generalit̃ uero ad oĩa mea negotia: tã isthic romę q̃ etiã alibi meo noĩe tractãda: ad uocãdũ quẽcũq̃ opus erit in iudiciũ: & super ipis negotiis libellos pducẽdos: testes & instrumẽta & si ab aduersario uocatus fueris: ad respondendũ: & meo nõie obiciẽdũ ad lites cõtestãdas: & earũ s̃nias audiẽdas: ad appellandũ & appellatiões psequẽdas: & generalit̃ ad oĩa pagenda q̃ merita

causarũ exigũt & requirũt. Sup q̃bus rebus do tibi oẽm auctoritatẽ & potestatẽ: ut eas agere & tractare possis: ac si egoipse psonaliter adessem. iiii. ¶ Promittẽs me oĩa & singula: que per te in his negotiis meis gesta fuerint: grata & rata habiturũ: sub obligatiõe oĩm bonorũ meorũ. Tibi igit̃ oẽm cãm cõmẽdo: meq̃ ipsũm tibi trado & dedo cui uolo oẽm operã meã q̃libentissime esse paratam. Vale. Ex gymnasio atheniensi. Calẽdis ianuariis. olympiadis ducentesime anno tertio. Ego marcus Tullius cicero propria manu scripsi.

¶ Cõmissiua particularis.

¶ Cõmissiua epl'a pticularis est illa: que ad aliquã p̃sonã scribit̃: cui particulariter sup aliquo tantũ negotio nr̃o peragẽdo uices nr̃as credere uolumus: cuius epl'e talis ẽ regula.

Regula.

¶ Si cõmissiuã epl'am particularẽ ad aliquã personam scribere uoluerimus: cui particulariter tãtum uolumus aliquod simp... negociũ cõmẽdare: illam similiter in partes quattuor diuidem⁹. In quarũ prima ut fecimus in superiore: beniuolentiam captabimus ab ea persona ad quam scribimus: demõstrantes nos habere maximã spem & fiduciã in ipã: q̃ ꝓpter amorẽ & beniuolentiã: qua in nos afficit̃: ipse bñ & diligẽter oĩa ptractabit. In secũda uero exponemus ipm̃ negociũ peragẽdũ si unũ fuerit uel plura: si plura fuerint: seruato suo ordine: & sup quocunq̃ negotio declarabim⁹ eas pticulares clausulas: q̃ uidebunt̃ esse ad eius expeditionẽ necessarie: uel potius referem⁹ huiuscemodi declarationẽ ad singularũ causarũ ꝓcessus: quos ad ipm̃ amicum dicem⁹ mittere: uel breui esse missuros: sup quibus poterit de rebus ipis certissime informari. In tertia aũt apponemus eã auctoritatem: sup ipis negotiis pagẽdis: quã ei uolum⁹ cõcedere: sil'r addendo omnes clausulas que ad causas forẽses pertinere dicunt̃. In quarta uero promittemus nos esse omnia approbaturos: que ipse amicus super iis negotiis tractauerit: apponẽdo similiter bonorũ nostrorũ obligationem: cũ tempore: loco: et titulo: ad tales litteras corroborandas necessariis.

Propositio.

¶ Cõmittat Appius Ciceroni uices suas sup sacerdotio suo in

¶ Fides & integritas tua Marce Tulli qua semper in amicorū negotiis usus es: & quā ego quoq; in rebus meis ad te pfectā cognoui: nō paruā mihi ipresentiarū fiduciā affert: ut preter amorē & beniuolentiā: qua a tenellis annis inter se uterq; nr̄m deuinctus ē: ex tua humanitate & pbitate: si tibi negotia mea cōmēdauero: illa ac si tua essent: diligētissime expedies.ii. ¶ Vt igitur intelligas: qd mihi nūc potissimū opera tua afferre possit. Scias me hac in puincia tua: dū ei pessem: sacerdotiū publicū gessisse: quod oībus magistratibus: qui a romano senatu proconsulari dignitate isthuc proficiscunt̄ aduenire solet: & quia consuetos redditus ex tali sacerdotio adhuc pcipere nō potui: statui hoc tibi negocium demādare: qui in prouincia pn̄s es: & oīa facilius expedire potes.iii. ¶ Quapropter sup iis pecuniis: que mihi ex hoc sacerdotio debent̄: accuratissime exigēdis: per pn̄tes lr̄as te meū pcuratorē ac nunciū speciale cōstituo: ad eas penitꝰ exigēdas & si fortasse ex publicis questoribꝰ resistentē quēpiā inuenires: do tibi plenā auctoritatē: ac si ipe psonaliter adessem: ad eū in iudiciū uocandū: & cōtra talē aduersariū libellos pducendū: litē cōtestandā: sentētias audiēdas: & si opus fuerit ab eis appellandū: appellatiōesq; psequēdas: ac oīa faciēda: que forēses huiuscemodi cause exigūt & requirūt. Promittēs me oīa cōprobaturū: que super hoc negotio per te fuerint expedita: sub obligatione oīum bonorū meorum: tibiq; oēm rem ipam: atq; causam plurimū cōmēdo: cui etiā uolo oēm operā meā tibi esse paratā. Vale. Ex urbe. Idibus quintilibus: ducētissime olimpiadis anno secundo. Ego Appius pulcher propria manu scripsi.

Regium genus. Caput.xix.

r Egiū genus est illud: qd fit quotienscūq; scribit princeps eplam aliquā: uel publicā: uel priuatā: & huiꝰ quidem generis spēs sunt quinq;. Prima. s. fidei. Secunda familiaritatis. Tertia edictiua. Quarta inhibitoria. Quinta uero promotiua. Regia.

Fidei. Familiaritatis. Edictiua. Inhibitoria. Promotiua.

¶ Regia epistola fidei est illa: quã scribit princeps secularis uel spũalis ad aliquam personam: pro fide alicui facienda: cuius epistole talis est regula. Regula.

¶ Si uoluerit princeps eplãm fidei ad aliquã p̃sonã scribere: cui fidẽ adhiberi cupiat notare debes ꝙ talis eplã pôt scribi: aut ad ipam p̃sonã que talẽ fidẽ sibi fieri petit: aut ad aliquã aliã priuatã: siue publicã: apud quã tali p̃sone fidẽ haberi cõtẽdat. Sed utcũꝗ sit talis eplã in tres potissimũ p̃tes diuidet̃. In quarũ prima apponet princeps nomẽ & titulũ suũ: cũ oĩbus adiectiõibus que suo uidẽtur imperio cõuenire. In secunda uero apponet aliq̃d exordiũ in quo demõstret uiros ꝓbos esse summa laude afficiẽdos: & oĩ bñficio ꝓsequẽdos. In tertia aũt captabit beniuolentiã ab ea p̃sona cui fidẽ facere cupit. Laudãdo ipam ab aliqua uirtute p̃ticulari: & ipam oĩb⁹ cõmẽdãdo ad quorũ manus tales lr̃e deuenerint: adiungẽdo sibi fore gratissimũ si talis p̃sona fuerit cõmẽdata uel benigno fauore ab aliquo affecta. Propositio.

¶ Fidem faciat Venetorũ princeps Georgio alexandrino de ea humanitate qua preditus est. Exemplum. pars. i.

¶ Augustinus barbadicus: dei gr̃a dux uenetiarũ & cetera. uniuersis & singulis: ad quorũ manus he nostre lr̃e puenerint: salutem ac dilectiõis affectũ. ii. ¶ Sicut dignũ est & laudabile: ut q uitiis ac scelenbus uallati sunt: eos principũ nõ tantũ uindicta castiget: sed maximo etiã dedecore ꝓsequat̃: ita iustũ & honestũ cẽsemus: ut bonos uiros: uirtutiꝗ deditos nõ solũ bñ̃ficiis & meritis cumulemus: sed etiã benigno fauore: & summo laudũ preconio ꝓsequamur. iii. ¶ Quapropter cũ iã per multos ãnos georgiũ alexandrino: uiro sane in utraꝗ lingua doctissimo: usi simus: cuius eloqũetiã: grauitatẽ: sapiam: nemo ẽ qui nõ colat nõ adamet: nõ admiret̃: p̃terea bñ̃ficia: que in ipm merito cõtulim⁹ dignũ existimauim⁹ ut eũ quoꝗ nõ obscuro laudũ testimonio sibi eue mus. Hũc igit̃ uirũ oĩb⁹ summope cõmẽdam⁹ ad quos se cõtulerit: quia ꝓfecto foelix nr̃o iudicio illa ciuitas existimari

poterit ad quã ipẽ diuertere uoluerit. Si quid p̃terea in eũ bñficii fauoris grẽ collatum fuerit illud totum existimabimus in nr̃am p̃sonã fuisse collatũ: & pro tali bñficio uolum⁹ ei ppetuas grãs habere. In quorũ fidem has publicas lr̃as fieri iussimus ac nostri sigilli appensione muniri. Ex urbe ueneta. kalẽdis martiis. anno salutis dñicę. M.cccc.lxxxvii. Regia familiaritatis.

¶ Regia ep̃la familiaritatis ẽ illa: quę scribit ab aliquo principe tã sęculari q̃ sp̃uali: in fidẽ q̃ ipẽ aliquã p̃sonã in suã familiaritatem susceperit: cuius ep̃lę talis est regula. Regula.

¶ Si uoluerit princeps regiã ep̃lam familiaritatis ad aliquã p̃sonã scribere: hoc duob⁹ mediis facere poterit uno. s. modo. qñ ip̃a ep̃la dirigit̃ ad p̃priã p̃sonã: quã uoluerit princeps in familiaritatẽ suã suscipe. altero uero quãdo ep̃la dirigit̃ ad aliquã uniuersitatem uel locũ: ad quẽ talis persona se cõferre uoluerit: uł generalr̃ ad oẽs ad quos tales litterę puenerit: ut apud ip̃os benigne susci piat̃. Sed quocunq; modo fiat: illã słr in tres partes diuidemus. In quarum prima s̃m consuetum scribendi modum: apponet princeps nomen & titulos suos cum salutatione. In secunda ue ro faciet exordium: declarãdo qualiter oẽs uiri probi nõ solum sint in principũ familiaritatẽ suscipiẽdi: sed etiã summo fauore & meritis prosequẽdi: & tunc subiunget q̃ p̃pter uirtutes & opti mas cõditiones talis uiri: quẽ ipẽ cõmẽdare intendit: fuerit incita tus ad suscipiendũ eum in familiã suam. In tertia autẽ facta fide istius familiaritatis cõmẽdabit eũ apud illã uniuersitatẽ uel locũ: ad quẽ ipẽ uoluerit se cõferre: dicẽs ei fore gratissimũ: quicq̃d in talẽ personã priuatim siue publice cõferet̃. Propositio.

¶ Fidẽ familiaritatis faciat Cardinalis sãcti marci Ioãni ueneto secretario suo: in galliã proficiscẽti. Exemplũ. pars. i.

¶ Marc⁹ barbus: diuina fauẽte clemẽtia: sacro scẽ romanę eccle się titulo scti marci: ep̃us cardinalis: Ludouico xp̃ianissimo gal lorũ regi salutẽ. ii. Nr̃a ẽ consuetudo xp̃ianissime rex: ut si quos iuenerim⁹ iter familiares nr̃os: uirtutis floribus ornatos: & soli dissime fidei splẽdore decoratos: eos nobis potissimũ charissi-

mos habeamus:nec unq̃ illos cessem⁹ meritis & beneficiis sub/
leuare.ꝑter enī illud:q̃d iustū & honestū existimam⁹:tales.s.ui
ros summa laude afficiẽdos:accedit & nõ mediocris quedã utili
tas iter ceteros domesticos nr̃os:q̃ si uiderint:merita uirtutũ sua
rũ premia bonos uiros fuisse cõsecutos:eo libẽti⁹ ad uirtutẽ aspi
